M. CATONIS

PRAETER LIBRVM DE RE RVSTICA

QVAE EXTANT.

M. CATONIS

PRAETER LIBRVM DE RE RVSTICA

QVAE EXTANT.

HENRICVS IORDAN

RECENSVIT ET PROLEGOMENA SCRIPSIT.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. CIↃIↃCCCLX.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

MAVRICIO · HAVPTIO

THEODORO · MOMMSENIO

HENRICVS · IORDAN

VENERABVNDVS · OBTVLIT

PRAEFATIO.

Vniuersas M. Catonis reliquias cum post A. Lionem et H. Bolhuisium non intactas quidem iacere uerum particulatim tractari uiderem, denuo conlectas quantumque fieri posset emendatiores edere ante hos quattuor annos constitui. sed quae tum spes fuit fore ut particulas Catoniani sermonis adhuc delitescentes protraherem, ea me grammaticorum libros Latinosque patres siqui ob eruditionis copiam peruestigatione digni uiderentur esse quamuis studiose legentem fere fefellit. nam praeter nouos quosdam eorum quae aliunde nota erant testes tantum abest ut quicquam siue Nicolaum Maiansium siue Bolhuisium, a quibus ceterorum industria pendet, omisisse inuenerim, ut etiam detrahendi munus, de quo extremis prolegomenis rettuli, inpositum mihi esse cognouerim.

Quo magis intererat, ut et emendatio promoueretur et explicatio. atque illi quidem in primis eorum uirorum beneuolentia aliquantum emolumenti accessit, a quibus manu scriptorum codicum quotquot uellem lectiones facillime inpetraui. itaque quorum liberalitatem nemo non laudauit Martini Hertzii et Henrici Keilii eam ego quoque adeo praesentem expertus sum, ut ab altero Gellianum adparatum Gryphia transmissum integrum acceperim, aliorum grammaticorum quorum index infra scriptus est lectiones alter mihi dum Berolini uersatur libenter exprompserit. praeterea et Georgius Thilo de Servianis scholiis me quidquid rogarem plenissime edocuit, et Noniano operi emendando

certatim fere homines docti sua contulerunt: nam Leidensium librorum notitiam adcuratissime factam singulari Jani Gerardi Hullemanni professoris Leidensis comitati debeo, Eduardo Bondio Britannici musei codicum custodi Harleiani libri uarietatem, Guelferbytani R. Wilmannsio philologo olim Bonnensi.

Sed Leidensium librorum praeter Vossianum ab aliis iam non indiligenter conlatum cum eam esse condicionem intellegerem, ut suis quidem illi uitiis neque uero iis insigniti essent, quibus ad sinceriorem lectionis fontem inuestigandum duceremur, raro uarietatem adposui. ac ne Harleianus quidem liber a ceteris ita recedit ut praeferendus sit omnibus. cuius rei documentum sane luculentum Catonis verba sunt in omnibus libris eodem uitio corrupta orig. II 30 et 31 p. 14. in Bambergensi enim, cuius desiderium Harleiani usus repressit, haec cum multis omissa esse memini me apud Fleckeisenium uidere.

Sed et corrigendis librariorum uitiis et rerum obscuritati explanandae sane feliciter euenit, ut neque umquam Mauricii Hauptii optimi praeceptoris consiliis carerem et peragendae operae cum auctorem tum adiutorem beneuolentissimum nanciscerer Theodorum Mommsenium. is enim non solum quas in Catone emendationes suo Meyeriani libri exemplo adscripserat paratissime mihi utendas concessit sed etiam perlectis quae ego in schedas conieceram temptamina mea aut correxit aut suppleuit. quid? quod Keilius beneficium suum altero beneficio accumulans plagularum mecum legendarum onus quod olim comiter susceperat per Erlangensis muneris negotia ita non recusauit, ut etiam ultra operarum uitia huic libello emaculando acerrime intentus fuerit. atque his quidem uiris optimis doctissimisque lectores cum quantum debeant usu experiantur, non minores quam ipse gratias agent.

De meis partibus plura exponere superfluum est, nisi quod prolegomenon altero capitulo ea quae ante hos quattuor annos quaestionibus Catonianis disputaui de integro retractaui. quae Catoni certa ratione abiudicanda sunt ea his ipsis prolegomenis indicare quam spuriorum loco reliquiis adnectere mihi rectius uisum est. denique subiciam quae corrigenda addendaue inuenerim. quo indice quod etiam Catonis uerba a me nescio qua neglegentia circumcisa bis restituenda sint lectorem ut ignoscat rogatum uelim.

In prolegomenis igitur haec mutanda sunt

p. XXXVIII Catonis nomen uersu 2 extremo delendum est.

p. LXXXIX de Timaeo monuit Niebuhrius h. R. I p. 88 ed. alt.

p. XLVII u. 3 lege '*Rheginum et Taurinum fines*'

p. LXV media l. *Verrii.* Mercklinius (de fontibus Gellii, nou. ann. phil. suppl. III. p. 637) prolixos orationum indices cum bipertitis saturarum Varronis titulis infeliciter conparauit.

p. LXVIII extr. Mommsenii tomus I inscriptionum Latinarum, quem nondum perfectum inspexi, nominandus erat.

p. LXXIII u. 4 l. *usus* non *suus*

p. LXXV l. *contra q; Thermum*

p. XCIII quae in orationem 'de dote' disputaui certe propter ea quae nuper Merklinius scripsit (l. c. p. 662) non mutanda mihi esse uideo. nam cum dixit in uerbis Gellii quae reliquiis subieci p. 68 inesse orationis Catonianae excerpta in eamque rem Plinii uerba arcessiuit quae adscripsi inc. libr. fr. 14 p. 86 non animaduertit Gellium nihil nisi eius sententiae quam integram adscripsit summam proponere.

deinde quod Catonem inter eos refert quos Gellius ibidem 'de uictu atque cultu populi Romani' scripsisse tradit, id si uerum esset tamen ad orationem de dote non pertineret sed ad septimae originis quod ego monstraui argumentum.

p. XCI orationem 'de Habitu' pro ea quae est ex Bolhuisii emendatione 'de ambitu' cupidius defendi, cum praesertim eodem uitio Victoris (uir. ill. 74) codex Bruxellensis *ambitu* pro *habitu* exhibeat. Mercklinius l. c. p. 668 probare uidetur sententiam Meyeri quam utpote omnium minime probabilem non rettuli, scilicet Charisium dicere 'sanguen' a Catone 'de habitu i. e. κατὰ τὴν ἕξιν' poni pro 'sanguis'.

p. CVIII in scholiorum Homericorum uerbis peccatum est omisso post τρισμυρίας numero ,γλ'. ibidem uersu extremo numeri scribantur sic ,γψ', ψ', ς'.

In Catonis fragmentis corrigenda sunt haec

orig. I 6 p. 5, 6 τοὺς in Chisiano codice deesse me monuit quem de Dionysianis consului Adolphus Kiessling. idem sequenti uersu pro ἅμα scribendum esse αὐτὴν coniecit. uersu 11 ἀτειχίστοις ex Vaticano scribendum erat. uersu 14 uerba exciderunt haec 'μῆκος δὲ αὐτῆς (ita Vat.) εἶναί φησιν ὀλίγῳ μεῖον σταδίων χιλίων' orig. I 17 p. 7, 17 pro εἰς ex Vaticano repone περὶ. ib. fr. 18 adnot. *R. Burmanni* est Paris. suppl. Lat. 165, 3 s. X, eiusdem *V* est Vossianus 80. ib. fr. 19 adnot. adpone codicum Leidensis et Chiffletiani numerum DCCCLXIII. orig. II 14 legitur apud Seruium libro XI. orig. IIII 2 adnot. Parisini libri numerus est 1750. ib. fr. 12 adnot. *equitatum Romam* habet etiam Macrobii codex Anglicus.

orat. I. 7 Catonis uerba in uno Vossiano 80 extare

G. Thilo testatur. ib. fr. 19 adnot. *Turtam* habet ed. pr.

p. 41, 11 adn. cr. scribendum *imitatus*

p. 44, 6 adn. crit. quae ex editione Breuliana rettuli eiusdem est uaria lectio. in textu habet *unumquodque — transigebam.*

p. 45, 11 adn. cr. l. *Mommsenius.*

p. 49 in Nonii testimonio orationis XVII 11 *in edletorio* uitiose pro *in deletorio* expressum est.

p. 59, 3 haec est scriptura codicis *praeterea pro rep. pro scapulis atque aerario multum r. p. profui,* unde fortasse scribendum *pro re publica — multum populo Romano profui.*

p. 73, 6 adn. crit. adde: *uera nobis comprimis* uaria lectio ed. Breulianae.

p. 79, 1 Vahlenus diar. gymn. Austr. a. 1859 p. 474 coniecit *tu ilicet eris mediastrinus.*

p. 80 fragmenti 14 testibus addendus est Plinius ep. IIII 7, 4 *itaque Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc* (Regulum) *e contrario uertit: orator est uir malus dicendi inperitus.*

ibidem uersu 9 Vahlenus l. c. p. 479 scribi uoluit *silentio praetereo.*

denique Frontonis uerba quae in adn. p. 21, 8 item Pauli quae adn. p. 24, 11 exhibui potius inter testimonia conlocanda erant.

Scribebam Berolini kal. Jun. a. CIↃIↃCCCLX.

INDEX CODICVM.

Gellii codices ab Hertzio conlati

N. A. I —VII Vaticanus
Parisinus
Rottendorfianus

N. A. VIII—XX Lugdunensis (Voss. maior Gronouii)
Vossianus (Voss. minor Gronouii)
Bernense fragmentum
Petauianus (Reginensis)
Magliabecchianus

Nonii codices

Guelferbytanus a R. Wilmansio et A. Kiesslingio conlatus
Harleianus ab Ed. Bondio conlatus
Vossianus (Leidensis Gerlachii) et
deteriores Leidenses (Voss. alter, 116, Perizon. 15, 16, 64 Leid. 159) a J. Ger. Hullemanno conlati.

Seruii codices a G. Thilone conlati (cf. eiusdem disput. mus. rh. XIIII p. 535 sq. XV p. 119 sq.)

Cassellanus
Parisinus 7959
Parisinus 7929 (in Aen. VI 14—XII 807)
Parisinus 1750 (in Ge. IV et Aen. I II)
Reginensis 1674 (in Aen. VI—XII)
Reginensis 1495
Laurentianus (plut. XLV 3)
Vaticanus 3317
Vaticanus 3351
Vossianus (hist. et litt. 8° 80 Voss. Burmanni)

Pompeii in artem Donati

Sangermanensis 1180 S. IX (?)
Sangermanensis 1179 S. X ab H. Keilio conlati

Varronis rerum rusticarum

Politiani apographa I et II ab H. Keilio conlata.

Sergii in artem Donati

Parisinus 7530 S. VIII a Keilio conlatus.

CATONIS LIBRORVM INDEX.

H. IORDANI

DE M. CATONIS LIBRIS DEPERDITIS

PROLEGOMENA.

PROLEGOMENON I.

DE SEPTEM LIBRIS ORIGINVM.

Originum M. Catonis septem libros fuisse grammatici testantur. sed M. Varro cum in rerum rusticarum libris Catonis uerba ex 'libro originum' sese adferre bis testatus sit (u. fr. libri II 10 et 16), antiqui autem ea quae conpluribus libris conprehensa essent non laudarint nisi aut 'libris' pluratiue nominatis aut adiecto libri numero, sane dubitari potuit, an id certe originum exemplum, quo Varro usus est, septenario librorum numero caruerit. sed ego Augusto Wagenero, diligenti originum interpreti, integritatem codicum Varronianorum inpugnanti eo minus contradicere possum, quod similem librariorum quae est in numero omittendo neglegentiam in Seruianis commentariis conpluriens obseruaui (u. orig. II 1 IIII 2 inc. 4). accedit quod qui Varroni aetate fere aequales sunt Cicero Verrius Flaccus Nepos de numero librorum cum ceteris grammaticis luculenter consentiunt. quorum quem primo loco nominaui ipsum Catonem de libro septimo testantem facit de senectute 11, 38 his uerbis, *septimus mihi originum liber est in manibus.* uerum tamen fuerunt qui Tullianum Catonem non audiendum esse rati originum exemplaria, quae Ciceronis aetate circumferebantur, grammatici alicuius opera notis librorum distincta esse dicerent. Laurentius enim Lerschius Naeuiani carminis a Lampadione septemfariam diuisi memor hunc ipsum grammaticum eodem artificio origines

dispescuisse ex laceris M. Frontonis uerbis elicuit musei magistr. rhen. et westfal. a. 1844 p. 234. is enim M. Caesari, a quo orationem quandam suam descriptam esse per litteras conperisset, non minus inficete quam docte rescripsit ea quae Romanae editionis a. 1846 libro I 6 p. 11 sic leguntur, *quid tale M. Porcio aut Q. Ennio aut C. Graccho aut Titio poetae, quid Scipioni aut Numidico, quid M. Tullio tale usu uenit? quorum libri pretiosiores habentur et summam gloriam retinent, si sunt [a] Lampadione aut Staberio aut . . . . ui aut [Tirone] aut Aelio . . . . . .* ('supple duos uersus cum dimidio' Maius) *aut Attico aut Nepote.* in his igitur uerbis ille cum Catonem primo loco inter scriptores, inter grammaticos Lampadionem nominari uideret, de VII libris a Lampadione distinctis dubitari non posse sibi persuasit. sed cum de describendis libris Fronto loquatur atque ita quidem, id quod Th. Bergkius ephem. antiqu. stud. a. 1845 p. 121 animaduertit, ut quorum libros amici atque familiares descripserint, uelut Metelli Numidici Aelius Stilo, eos potissimum enumerauerit, adparet neque id quod uoluit Lerschius demonstrari et Catonis amici nomen lacuna codicis haustum esse. cetera autem illius argumenta silentio praeterire praestat. illud dolendum est, quod in Frontonis quae proxime secuntur uerbis praeter nomen Catonis cetera perierunt. secuntur enim haec, *mea oratio extabit M. Caesaris manu scripta; qui orationem spreuerit litteras concupiscet, qui scripta contempserit scribtorem reuerebitur. ut si simiam aut uolpem appelles . . . tet bestiae . . . . pretium adderet aut quod M. Cato de . . . .* quorum partem saltim ita restituerim *ut, si simiam aut uolpem Apelles [pinge]ret, bestiae [artifex] pretium adderet.*

Septem igitur librorum auctorem, quippe quem 'paucis antequam mortuus sit diebus an mensibus' in extrema operis parte adornanda occupatum esse Cicero testetur (u. fr. VII 3), amplissimae materiae uolumina deinceps et conscripsisse et edidisse suspicari licet. atque Nepoti quidem si credendum sit, *senex historias scribere instituit.* senem autem dici non posse nisi qui sexaginta ferme annos expleuerit, Ritschelius probabili ratione statuit parergon Plaut. I p. 62. quare si scriptorem non multo ante annum 580/174 ad historias conficiendas adgressum esse dixeris, Plinium quoque, qui Catonem librum II post annum

586/168 scripsisse significauit (fr. II 19), adsentientem habebis. neque uero Plutarchi auctoritate certiora edocemur, qui cum nescio quo usus Catonis libro haece scriberet (inc. lib. fr. 72) *καὶ τὰς ἱστορίας δὲ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἰκόθεν ὑπάρχοι τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι*, uereor ne Catonis uerba aut perperam intellexerit aut incommode exornauerit. licet enim *ἱστοριῶν* uocabulo origines ipsas idem nominauerit Cat. 25, tamen tantum opus num pater puero literarum elementis instituendo destinauerit, et Drumannus uitarum Rom. V p. 143 et alii dubitarunt, 'praecepta' illi Plutarchi uerbis significari parum apte opinati. sed cum Marcus filius circa annum 562/192 natus sit, patrem in originibus conponendis tum maxime uersantem epitomen historiarum in pueri usum confecisse crediderim.

Quo consilio originum nomine librum inscribi uoluerit, id et nostri grammatici diuersis sententiis disceptarunt neque antiquos liquido cognouisse ea uerba docent quae ex principio Verriani de obscuris Catonis commentarii Festum excerpsisse conicio p. 198 M., *originum libros quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum propositi sui uidetur amplexus, quando praegrauant ea quae sunt rerum gestarum populi Romani.* quam reprehensionem caue ne cupidius adripias. grammatici enim quo artificio in pensitandis librorum inscriptionibus uti soleant, cognoscitur ex Seruii de georgicon titulo in georg. I 1 praeceptis hisce *male quidam georgicorum duos tantum esse asserunt libros, georgicam dicentes esse γῆς ἔργον, id est terrae operam, quam primi duo continent libri, nescientes tertium et quartum, licet georgicam non habeant, tamen ad utilitatem rusticam pertinere.* etiam ineptiora sunt quae ad Aeneidos VI 752 adscripta sunt, *qui bene considerant inueniunt omnem Romanam historiam ab Aeneae aduentu usque ad sua tempora summatim celebrasse Vergilium . . . unde etiam in antiquis inuenimus opus hoc adpellatum esse non Aeneidem sed gesta populi Romani.* neque uero haec antiquorum commenta ratione interpretandi a Verriano inuento abhorrent. itaque non pluris hoc faciendum est quam Nepotis iudicium illud, *secundo et tertio* (libris insunt) *origines ciuitatium Italicarum, ob quam rem omnes uidetur origines adpellasse.* quae coniectura licet uana sit

sanique scriptore iudicii indigna, tamen diligentiam Catonis in hac potissimum operis parte conspicuam fuisse ostendit. nimirum quibus maxime rebus ille et noue et laudabiliter ab superiorum scriptorum more discessit, in iis celebrandis et Dionysius uersatus est ant. Rom. I 74, ubi Cato ἐπιμελὴς περὶ τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας uocatur, et Fronto de principiis historiae p. 224 ed. Rom. cum ait . . *ita Cato oppidatim statuis ornandus qui primus Latini nominis sobolem et Italicarum ciuitatium pueritias inlustrauit;* et Solinus polyhist. 2 p. 9 C Salm. his uerbis usus, *sed Italia tanta cura omnibus dicta, praecipue M. Catoni, ut iam inueniri non possit quod non ueterum auctorum praesumpserit diligentia.* denique Seruius ad Aeneidos VII 678 *de Italicis* inquit *urbibus Hyginus plenissime scripsit et Cato in originibus.* sed his rebus quamuis praecipuam, at partem tamen operis conclusam fuisse constat, *quando praegrauant ea quae sunt rerum gestarum populi Romani.*

His enim Verrii Flacci uerbis confirmatur Cornelii Nepotis de libris originum narratio, quam pro periocha perditi operis satis accurata in fronte fragmentorum collocaui. ac profecto qui reputauerit Nepotem rogatu Pomponii Attici, uiri Romanae antiquitatis et monumentorum cognitione florentissimi, 'de M. Catonis uita et moribus' uberiore libro exposuisse, is, nisi leuis aestimator et esse et haberi noluerit, Nepotem de Catone satis diligenter quaesiuisse librosque originum de quibus rettulit legisse non negabit. negauit autem Albertus Bormannus, nuperrimus harum reliquiarum editor, cuius opinationes si paucis conprehendere uelis, Nepotem de originibus referre dices debuisse in hunc modum, 'primus liber est de Romae ortu, secundus et tertius de Italia et superiore et inferiore, quartus de Sicilia (Corsica Sardinia?), quintus et sextus de Illyria et Macedonia, septimus de Hispaniis. rerum gestarum populi R. memoria in transcursu suo quaeque libro inserta, prout quaeque gens Romano imperio subacta est'. quod si uerum esset, origines Pompeii Trogi historiis perquam similes fuissent, cuius epitomae index similis in Gissensi et Guelferbytano libris inscriptus est non ille, si rem spectaueris, ineptus, *historiarum Philippicarum item totius mundi origines et terrae situs.* sed Bormanniani inuenti, quod et summa artis criticae inperitia nec sine quadam

probabilitatis specie conditum esse iudico, rationes singillatim hoc loco non examinabo. dixi quid sentiam commentariolo nouis ann. phil. LXXIX p. 424—433 inserto, eademque de summa rei eodem tempore Ioannem Vahlenum censuisse diar. gymn. Austr. a. 1859 p. 480—489 gaudeo.

Sed aliud est aut fallacem hominem aut ineptum dicere Nepotem, aliud non satis accuratum in rebus leuioribus testem. quare quod quinto libro secundi belli Punicì res contineri dixit cum certissimis Liuii et Gellii testimoniis (p. 22) eidem libro orationem pro Rhodiensibus, quae habita est a. 586, tribuentium redargui uideatur, Wagenerus non dubitauit quinti libri fines paullo latius proferre. nec temere id iudicatum est. uerum si coniciendi potestas datur, ego Liuium et Gellium orationem illam in excerptarum ex originibus orationum uolumine, de quo in libro VII dicetur, legisse librique quinti pro sexto notam errore inlatam propagasse quam utrumque scriptorem in eundem errorem casu incidisse, quae Nipperdeii est suspitio, credere malim. neglegentiam Nepotis et Niebuhrius et Wagenerus maxime in libri secundi et tertii rebus cernere sibi uisi sunt. quid enim? res gestas ab exactis regibus ad Punica tempora silentio praeteritas esse a Catone! immo Cornelio Nepoti qui titulo a parte praecipua explicando unice intentus esset leuitatem attribuere in promptu erat. contra Mommsenius hist. Rom. I p. 905 ed. alt.*) Nepotis testimonium dicam an silentium ita tutatus est, ut illam historiae partem tanquam parum certis scriptorum testimoniis exploratam a municipe Tusculano prorsus esse neglectam diceret. quo criticae artis genere si eum aliquid profecisse Basileenses rerum Romanarum antistites audiuerint, mirum ni hominem Romanum esse negauerint. mihi Mommsenii coniectura quam libri quarti uerbis fr. 1 firmauit probabilis uisa est. sed utcunque de libris II et III statuatur, uniuersum opus ad historiarum Romanarum genus pertinere certissimis testimoniis euincitur. historias enim origines et Nepos uocauit et Plutarchus Catonis 25 et Seruius ad Aeneidos VI 842, nec Cicero Catone inter annalium scriptores nominato de or. II 12, 51, de legibus

*) Eandem sententiam, ut alios taceam, Guil. Nitzschius uidetur amplexus esse libri de Gracchis p. 217 sq. fluctuat cum aliorum tum Ge. Cornw. Lewis iudicium de fide antiq. hist. R. I p. 35 et 95 uers. Liebrechtii.

I 2, 6 non idem clare significauit. iure igitur et Bormannum mireris et eos grammaticos, qui reuocato siue ad *αἴτια* Callimachia siue ad *κτίσεις* originum titulo quaecunque de opere simpliciter ac distincte tradita sunt aut neglexerunt aut in suam rationem detorserunt. et *αἰτίων* quidem conparandorum causam Catonis nomina rerum explicandi studium praebuit. *κτίσεις* qui litteris Romanis intulerunt obliti sunt origines Latine, nisi urbium notio adiciatur, dici non posse conditas ciuitates. inscripsit autem Cato libris suis neque 'generis Romani originem', quem titulum pro Catoniano frustra uenditauit auctor de orig. g. R. 12, 15, neque 'totius mundi origines', nec 'ciuitatium Italicarum', uerum 'origines'. ac sicut qui homo Romanus 'annalem librum' ederet sciebat sese satis cauisse, ne quis eum data opera de Graecarum rerum temporibus egisse sumeret, ita qui libros septem ab Aeneae aduentu ad Ser. Galbae praeturam pertinentes 'origines' nominaret satis sapienti monstrauit, sese res Romanas ab origine repetitas uel ab origine libros VII composuisse. quae transferendi licentia non dissimilis est Sallustianae illi Iug. 19, 1, *haeque* (urbes) *breui multum auctae pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere.* hic enim eas urbes quibus ortae essent aliae harum dixit origines, ille libros ab origine ductos. neque Bormannus aut quicquam demonstrauit adlatis Liuii uerbis quae sunt in prooemio, *primae origines proximaque originibus*, quibus, quode nemo unquam dubitauit, origines plurali numero dici posse declaratur, aut Hugonis nan Bolhuis exemplo Scipionem Tullianum excitare debuit, qui secundi de rep. libri initio *quamobrem* inquit, *ut ille* (Cato) *solebat, ita nunc mea repetet oratio populi originem, libenter enim etiam uerbo utor Catonis*, quibus uerbis id quod dudum constabat docemur, ab origine urbis Catonem orsum esse originisque uocabulo usum.

Et haec quasi capita rerum in singulis libris atque in singulis fere fragmentis explicare et stabilire constitui. in quorum sylloga recensenda scito me, sicubi eadem res non ipsius Catonis uerbis bis terue uariata a grammaticis tradita sit, eam me narrationem quae accuratissima uisa sit in fragmentorum serie, reliquas in grammaticorum testimoniis conlocasse, ubi et praesto sunt quaerenti nec falsa ubertatis specie legentium oculos decipient.

Ac prooemio quidem Catonem de suo res gestas populi Romani scribendi consilio egisse consentaneum est. tametsi quae fuerit apodosis inperfectae sententiae fr. 1 pro certo dici nequit. sed aut fallor aut Sallustius, qui multa de Catone non solum uerba eius antiqua furatus sed etiam integras sententias imitatus transtulit, eundem etiam Catilinarii belli prooemio res gestas scribendi consilium laudantem expressit. quas laudes non sine quodam magnorum uirorum uituperio, quorum non ita ut par esset otii ratio extaret (fr. 2), dictas esse Wagenerus ingenio Catonis admodum conuenienter excogitauit, cum praesertim Scipionis nullum extare opus otii Cicero dixerit de off. III 1, 4, Catonem autem Liuius praedicarit non eum fuisse *cuius lingua uiuo eo uiguerit, monumentum eloquentiae nullum extet.* fortasse etiam ea quae habet Priscianus, *qui tantisper nulli rei sies dum nihil agas*, prooemii sententiis adscripseris. sed et haec incertae sedis reliquiis (fr. 3) reseruare malui et Scipionis dictum a Catone nescio quo libro relatum (inc. lib. 15). inutili enim lusu indulserunt qui ultra eos fines quos statui sententiis uarie conponendis prooemii formam de suo explere conati sunt.

Liber primus 'res gestas regum populi Romani' continebat. quas quo consilio quaue arte Cato enarrauerit ex decem fragmentis (†2. 21. 23—30), quae certis grammaticorum testimoniis primo libro attributa sunt, non facile cognoscitur. sed tamen cum secundo et tertio libris Italicarum ciuitatium origines expositas esse constet, non possum non Wagenerum eo nomine reprehendere, quod Catonem ab regum bellicis facinoribus ita ad oppidorum gentiumque quas subegerint origines repetendas quasi exspatiatum esse statuit, ut quid secundo et tertio libris proprium relinquatur omnino cogitari non possit. uelut cum uerbis fr. 26 usus Capenae originem (II 17) libro primo uindicauit p. 32, itemque Politorii κτίσιν Troianam p. 33, quod ab Anco rege id oppidum captum sit. et quoniam coniectura opus esse uidi, nisi etiam quae de Aboriginibus Sabinis Etruscis luculenter dicta extant incondita incertorum librorum mole quasi sepeliri uellem, Nepotis auctoritati ita me addixi, ut Italicarum ciuitatium origines libro secundo plerasque omnes uindicarem, eique etiam rerum Etruscarum, quas propter Mezentium primo libro quasi in transcursu expositas esse uulgo statuunt, memoriam, de Aboriginibus

tamen et Sabinis, quorum res artissimis uinculis conexas esse adparet (fr. 3. 6), deque Troum adueutu (fr. 8—11) primo libro dictum esse censerem. haec autem ita inter se copulata sunt ut Adolphum Kiesslingium res Aboriginum ad secundum librum noua ratione transferentem de Dionysii ant. auctoribus Lat. p. 18 probare non possim.

Aborigines Cato quod Graeca stirpe oriundos esse narrauit (fr. 3), olim Niebuhrii Pelasgorum suorum patroni magnam laudem nanctus est (cf. praelect. ethnogr. p. 491). quam laudem nemo nunc est quin Catoni detrahendam uideat. sed hoc uelim animaduertas, scriptoris consilium capitulatim nec docte res Romanas persequendi (liceat enim quae infra explicabo uerba Cornelio Nepoti quasi praeripere) in ipso operis limine eo exemplo declarari, quod neque tempora migrationis neque ἀρχηγέτην neque Graeci scriptoris auctoritatem rettulit. neque uero idem persequi neglexit quousque Aborigines sedes olim protulissent. exstat de Volscorum agro campestri, quem Pomptinum fuisse et Niebuhrius et Schweglerus hist. R. I p. 198 statuerunt, fragmentum 4. et Graecis quidem scriptoribus eum de Graeca Aboriginum stirpe credidisse sane suspiceris. quid quod Sabinos quoque, si Seruium audias (fr. 7), a Graecis originem trahere Sabini agelli colonus rettulit? hoc tamen uereor ne aut Serui aut scholiorum eius διορθωτῶν leuitati debeatur. praecedunt enim iis, quae fere inuitus Catoni adscripsi, haec, *Curibusque seueris] . . aut seueris disciplina, aut rem hoc loco reconditam dixit, quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum, a Sabo qui de Perside [ad] Lacedaemonios transiens ad Italiam uenit et expulsis Siculis tenuit loca quae Sabini habent. nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare coepisse, qui post corrupte Casperuli dicti sunt. Cato autem et Gellius a Sabo Lacedaemonio* e. q. s. itaque Hygino cum Gellio et Catone fere conuenit, praeterquam quod Sabum ille Perside natum Lacedaemonem petiisse finxit. qui consensus quasi segregatis eiusdem rei auctoribus cum per se admodum suspectus est tum Dionysii qui Catonem legit auctoritate II 49 prope euertitur. is enim Zenodoti Troezenii de Vmbrica Sabinorum origine, Catonis de Sabo deo patrio uerbis (fr. 6) relatis ἔστι δέ τις inquit καὶ ἄλλος ὑπὲρ τῶν Σαβίνων ἐν ἱστορίαις

ἐπιχωρίοις λεγόμενος λόγος, ὡς Λακεδαιμονίων ἐποικησάντων αὐτοῖς καθ' ὃν χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους . . . καταχθέντας δὲ τῆς Ἰταλίας περὶ τὰ καλούμενα Πωμεντῖνα πεδία τό τε χωρίον ἐν ᾧ πρῶτον ὡρμίσαντο Φερωνίαν ἀπὸ τῆς πελαγίου φορήσεως ὀνομάσαι . . ἐκεῖθεν δὲ ὁρμηθέντας αὐτῶν τινας συνοίκους τοῖς Σαβίνοις γενέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν νομίμων εἶναι Λακωνικά, μάλιστα δὲ τὸ φιλοπόλεμόν τε καὶ λιτοδίαιτον καὶ τὸ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν. ex harum igitur sententiarum conexu intellegere mihi uideor nec Dionysium apud Catonem de Lacedaemonio gentis auctore relatum inuenisse et eum grammaticum, qui scholia illa Vergiliana tumultuarie concinnauit, Hygini doctrinam Catoni inputasse. ipsa autem Catonis uerba a Dionysio relata si quis cum Seruio conciliare uoluerit (nec de dissensu aut Schweglerus hist. R. I p. 251 aut Prellerus mythol. R. p. 639 persuasisse sibi uidentur), is Sancum sine dium fidium a Catone pro Lacedaemonio habitum esse necessario sumet. atqui ne hoc quidem ferri potest, cum *δαίμων ἐπιχώριος* ille nominetur. quare, nisi censuram nimis seueram agere periculosum foret, haec scholiorum commenta reliquiarum ordine mouenda mihi fuissent. Sabinorum fines dicuntur per mille stadia patuisse; uidelicet earum gentium quas a Sabinis uere sacro uotas et originem et nomen commune traxisse constat. ac ueris sacri quidem memoriam Schweglerus in uerbis a Prisciano citatis indagauit p. 242, quae Bernensis libri auctoritate a Wagenero probata secundo libro (fr. 18) inserui.

De Aeneae aduentu primaque eius ciuitate Catonem et simplicius et concinnius quam Dionysium Vergilium Liuium disseruisse Niebuhrius primus animaduertit. nec fugit eum semel certe Vergilii commentatorem cui fere uni haec Troianae fabulae frustula debentur fallaci testimonio quae Vergilii propria essent Catonianae narrationi admiscuisse. quo uno exemplo scholiorum perturbationem non contineri uidebimus. grauissima autem res in hac parte operis fuit primae ciuitatis et locus et ambitus. de quibus cum nihil certi coniuncta Liuii et Catonis auctoritate (fr. 8) doceamur (agrum enim Laurentem usque ad Circeum promuntorium patuisse constat), res redit ad iugera duo milia et

septingenta inter Troiana castra et Laurentum Aeneae adsignata (fr. 9). hunc enim numerum non bonis solum libris exhiberi sed etiam deteriorum mendis significari in Bormanniani libelli censura ostendi p. 426. quare Danielinae editionis DCC iugera quibus Niebuhrii de plebei agri modulo sententia (h. R. I p. 200 ed. alt.) nititur, quo fundamento firmata sint adhuc ignoratur. sed ne ille quidem numerus incorrupte traditus est. nam cum Cassius Hemina antiquissimus scriptor sescentis Aeneae sociis quingenta iugera adsignauerit Solino teste polyhist. 2 p. 10 C Salm., unde quingenta iugera sua habet originis Romanae auctor c. 12, 4, Dionysius autem ant. R. I 59 Troianis agrum *ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους πανταχοῦ πορευομένοις ἀπὸ τοῦ λόφου* aliorum monumentorum auctoritate dederit, diuersas a scriptoribus rationes initas esse nec potuisse iniri nisi ad Romani moris in coloniis deducendis usitati exemplum facile intellegimus. iam cum trecentos colonos deduci solitos esse constet, colonorum quidem duplex numerus apud Heminam recte scriptus esse potest; quingenta iugera, siue bina siue septena singulis dederis, de quo u. Mommsenius hist. R. I p. 86 et 172, ferri non possunt; Catonis autem iugera eo minus aut probari aut restitui possunt, quod ne colonorum quidem quem numerum statuerit compertum habemus. quae cum ita sint, etiam de loco ciuitatis Troianae frustra quaeri adparet. Klausenii autem commenta Aeneae p. 816 posita uel eo nomine contemnenda erant, quod 'septingenta illa iugera neque ad Dionysii exemplum per globi speciem composita neque per centurias limitata sed longa deinceps serie per litus extenta informauit. id quod fugit Bormannum chorogr. Lat. p. 102 et Schweglerum hist. Rom. I p. 291.

Ceterae Troianae fabulae reliquiae a Niebuhrio, quem Schweglerus p. 281 non ita ut par erat secutus est, praeclare compositae sunt. exstat autem, quo rem turbari supra scripsi scholion libri VI uersui 760 adiectum (u. fr. 11) hoc *Aeneas, ut Cato dicit, simulac uenit ad Italiam, Lauiniam accepit uxorem propter quod Turnus iratus tam in Latinum quam in Aeneam bella suscepit.* unde mythographus Vatic. I 202, constans Vergilianorum scholiorum sectator, *idem Aeneas, ut Cato dicit, postquam Lauiniam Latini regis filiam accepit uxorem uiuente marito Turno, idem Turnus* e. q. s. in quibus Niebuhrius Catonis nomen in-

iuria ferri intellexit. luculentis enim testimoniis (fr. 10. 11) constat Aeneae manum *contra Latinum Turnumque propter inuasos agros* siue *cum praedas agerent* pugnasse, iisdemque uerbis Liuius Troianos *cum praedas ex agris agerent* Aboriginum regem fines suos tuentem offendisse narrat I 1, 5. iam cum primo proelio Latinus ceciderit idemque Aeneae duo milia septingenta iugera dederit (fr. 9), consentaneum est concordiam agri dono iunctam postea demum discidio quodam perisse, occiso autem Latino Lauiniam, nisi eam a Catonis narratione excludere malis, Aeneae cum praeda iure belli contigisse. discidii autem causam Niebuhrius cum ceruum regis Latini a Troianis uulneratum esse putauit conl. Seru. ad Aen. I 5, nescio an praedae a Troianis actae interpres audacior fuerit. sed mihi uerborum Liuianorum cum Seruianis consensum, rerum diuersitatem consideranti (Liuius enim Aeneam, priusquam agrum accepisset, praedas agentem facit, post acceptum agrum facit Cato) uereri subiit ne dissociabiles utriusque scriptoris sententiae ab inperitis grammaticis contaminatae essent. cuius suspitionis firmamentum in Seruianis commentariis ad Aeneidos IIII 620 paratum habeo (u. fr. 11). nam apud Liuium Aeneas cum Latino socio Turnum fudat, apud Catonem idem Latinum Turnumque hostes superat; rursus apud Catonem Ascanius Mezentium tertio proelio interimit, apud Liuium de occiso Mezentio nihil legitur. nihilo minus extrema adnotationis uerba haec sunt, *hoc Liuius dicit et Cato in originibus.* si quis igitur simili utriusque scriptoris consensu, quem Seruius ad Aeneidos X 13 (fr. IIII 11) his uerbis laudauit, *Alpes . . quae secundum Catonem et Liuium muri uice tuebantur Italiam*, fidem constare negauerit, rem mihi non incredibilem protulerit. sed ne hariolari uidear statim adscribam quae certissima ratione Catoni abiudicata sunt. sunt autem Seruii ad Aeneidos I 207 uerba iis quae exhibui fr. 10 p. 6 adhaerentia haec, *occiso Mezentio Ascanium Iulum coeptum uocitari ob primam barbae lanuginem.* haec in libro Fuldensi ita scripta sunt *occiso Mezentio sicut I. Caesar scribit Iulum coeptum uocitari uel quasi Iuloni id est sagittandi peritum uel a prima barbae lanugine.* sed ne de Caesare quidem credendum esse grammatico recte Nipperdeius indicauit Caes. fragm. p. 785. iam de originis gentis Romanae auctore conclamatum esse facile omnes con-

sentiunt qui c. 15, 5 Caesaris et Catonis nomina in hunc modum coniunxerit, *igitur Latini Ascanium . . primum Iolum* (ita enim in Th. Pulmanni codice qui Bruxellae adseruatur esse a Mommsenio conperi) *appellarunt a quo Iulia familia manauit ut scribunt Caesar libro II et Cato in originibus;* similia in Seruianis commentariis haberi pauci obseruarunt. obseruauit autem Iulius Sillig in Plinii uol. I p. XLV sq. Plinii nomen iis rebus conpluriens adscriptum esse quae nec legantur nec lectae unquam sint in naturae historiis. ueluti cum de triumpho a Poenis inuento, re sane memorabili, in Aeneidos IIII 37 haec relata sunt *Africa terra triumphis diues] et quidam dicunt Afros numquam triumphasse. Plinius autem secundo historiae naturalis et Pompeius Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos inuenisse, quam sibi Romani postea uindicauerunt, Liuius autem Andronicus refert eos de Romanis saepius triumphasse suasque porticus Romanis spoliis adornasse.* sed quae in altero scriptore frustra quaesiueris ea in altero, cuius epitoma exstat, relatum esse non est cur credamus. quanquam scio et uulgo de Trogo credi solere, cum praesertim Iustinus libro XVIIII 1, 7 haec scribat, (*Hasdrubal*) *cuius mortem . . dictaturae undecim et triumphi quattuor insignem fecerunt*, neque nuper a Gutschmidio uiro sagacissimo dubitationem esse motam, nou. ann. phil. suppl. II a. 1857 p. 192. Andronicus denique utrum in tragoedia an forte fortuna in Odyssia de porticibus Karthaginiensium praeclare praecepisse putandus sit, scire uelim. atque ut quaedam auctori de gente Romana necessitudo cum infimis Vergilii interpretibus intercedit, ita in *historia Romana* more minime antiquo laudanda Lactantius Placidus qui dicitur cum Seruio concinere uidetur. Seruii sunt uerba in Aeneidos VIII 461 *gemini custodes] hoc et in Homero lectum est et in historia Romana quae ait, Syphax inter duas canes stans Scipionem appellauit*, quae fateor me quo pertineant ignorare. Placidi Lactantii ad Thebaidos II 703 haec sunt commenta, *in historia Romana Porsenae Mucium dixisse suae patientiae uiros atque uirtutis a senatu plures in eius exitium destinatos.* sed de his rebus tum demum adcuratius iudicari poterit, cum quam Georgius Thilo parat editionem Seruii ex libris manu scriptis purgatam manibus tenebimus.

Ad Mezentii inperatum (fr. 12) Latinorumque siue Aeneae

ut uult Ouidius fastorum IIII 879 sq., uota uinaliorum rusticorum origo referri solebat (u. Merkelius in fast. p. LXXX, Schweglerus h. R. I p. 330). Rutulis autem eam conditionem latam esse prinsquam foedus cum Mezentio fieret Verriani calendarii reliquiis docemur hisce . . *rentur ab Rutulis quia Mezentius rex Etru[sco]rum paciscebatur si subsidio uinisset omnium annorum uini fructum.* Catonem ipsum haec ad explicandam uinaliorum originem exposuisse crediderim. Mercklinus certe aperte falsus est Philol. III p. 269, cum contumacissimi nominis quo Vergilius Mezentium adpellauit *contemptorem diuom* causam a Catone explicatam esse contendit.

Albam longam ab Ascanio conditam esse Seruius ex Catone repetiit (fr. 13). unde cognoscimus Lauinium eum Aeneae *κτίσμα* dixisse. atque haec quidem ex annalibus Fabii Pictoris petita sunt, cuius uerba exstant apud Syncellum ex Diodoro petita fr. p. 636 Wessel., *περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης* (de Albae longae nomine disputat) *Φάβιος ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας ἄλλως μεμυθολόγηκε· φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον τετράπουν αὐτῷ καθηγήσασθαι πρὸς κτίσιν πόλεως· μέλλοντος δὲ αὐτοῦ θύειν ὗν ἔγκυον τῷ χρώματι λευκήν, ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν καὶ καταδιωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ὃν κομισθεῖσαν τεκεῖν λ΄ χοίρους· τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκίσαι τὸν τόπον, ἰδόντα δὲ κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λ΄ ἔτη κτίζειν, ὥσπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν ἀποστῆναι τῆς προθέσεως.* triginta igitur annis, intra quos Aenean decessisse consentaneum est, expletis Alba eo loco ab Ascanio condita est quo sus peperit, eique monti Albani nomen ab oppido inditum (fr. 14). itaque Schweglerus p. 284 Catonis narrationi eorum sententiam qui triginta porcos Lauinii condendi auctores fuisse dicunt male obtrudit teste usus auctore de orig. gentis R. 12, 5, *at Cato in origine generis Romani ita docet, suem triginta porculos peperisse in eo loco ubi nunc est Lauinium, cumque Aeneas ibi urbem condere constituisset propterque agri sterilitatem maereret* (*mereret* codex, *metueret* uulgo), *per quietem ei uisa Deorum Penatum simulacra adhortantium ut perseuraret in condenda urbe quam coeperat. nam post annos totidem, quot*

foetus illius suis essent Troianos in loca fertilia atque uberiorem agrum transmigraturos et urbem clarissimi nominis in Italia condituros. cf. Mommsenii chronol. Rom. p. 152 adn. 287 ed. alt. quo testimonio neque libri Catoniani auctoritatem neque rem ipsam stabiliri satis est uerbo monuisse.

Fabium porro secutus est Cato in Romuli et Remi rebus enarrandis teste Dionysio fr. 15. sed de urbis conditae anno neque Fabii neque aliorum auctoritati sese addixit. cum enim primus, ut uidetur, animaduertit CCXL regum Romanorum annis quattuor esse adiciendos, Eratosthenica olympiadum ratione conparata urbem post Troiae excidium anno CCCCXXXII (nam Ioanni Lydo falsa Catoni inputanti nulla constat fides) sine primo olympiadis VII conditam esse inuenit. atque haec quidem Mommsenius nuper chronol. Rom. p. 142 et 153 sq. tam dilucide exposuit, ut neque de summa rei dubitari nec si quae dubitationem habeant praeter eum locum qui est de chronicis antiquorum annalium rationibus digne disputari posse adpareat. sed tamen memineris uelim ipsum Eratosthenem, si Cassellano Seruio credendum est, Romam urbem fere tribus post Troiae excidium γενεαῖς dixisse conditam ad Aen. I 273, *Eratosthenes Ascanii Aeneae filii Romulum parentem urbis refert*, idemque narrasse Dionysium Chalcidensem apud Halicarnasseum ant. R. I 72.

Redeo ad Romulum. quibus caerimoniis Etrusci in oppidis rite condendis usi sunt, eas iam Catonis aetate ad Romulum urbis conditorem referri consuesse adparet (fr. 18). eadem a Varrone aliisque tradita esse adnotauit Beckerus topographiae R. p. 94, ubi Donati uerba in Ter. Ad. IIII 2, 44 uideo addenda esse, *porta autem dicta est, quod in eo loco coloniae deductor et conditor subiunctis uacca et tauro aratrum quo urbem designat suspendit manu, ne inprimat sulcos, ubi ciuitatis aditus relinquendi sunt.* cf. Rudorffius gromat. inst. p. 294 sq. Isidoro autem Catonis uerba integra quasi praecepti formula conprehensa tradenti fidem habere nolui. neque enim dubitari potest quin ea a Vergilianis commentatoribus accepta suo periculo quasi transformauerit. condita deinde urbe asylum factum (fr. 20). denique Graece locutum esse Accae alumnum Catonis et Varronis nominibus a Ioanne Lydo firmatur (fr. 19). qui cum iisdem testibus de conditae urbis anno aperte falsa inputauerit (fr. 17) iis-

dem etiam in hac re fidem frustra deposcit. — De Accae Larentiae testamento auctorum opiniones Macrobius plenissime exposuit Saturnaliorum I 10. qui cum primum eorum fabulam, qui Anco regnante populum Romanum a Larentia nobilissimo scorto bonorum heredem factum esse uoluerunt, perscripserit, deinde Catonis posuerit sententiam, denique Macri historici, qui Larentiam Romulo a se educato bona reliquisse statuit, dubitari posse uideo, utrum Romuli nutricem Cato an quod fuerit Anco rege scortum dixerit 'meretricio quaestu locupletatam'. illud tamen, nisi Cato de duabus Larentiis cogitasse putandus sit, magis placet. et, si uera de quaestu meretricio Macrobius rettulit, Cato ineptam de hereditate ex Tarutii matrimonio parata narrationem non uidetur nouisse. quanquam nomina agrorum si spectes, *Turacem* a librariis pro Tarutio, de quo Hübnerus dixit quaest. onomat. Lat. p. 40, male substitutum esse suspiceris. nec *Solinium* aut *Lintirium* bene sana esse nomina crediderim. de *Tintirio* Hübnerus cogitauit, quod nomen scriptum est in inscriptionibus R. N. 924, 2261, 3389. *Semurium* Cicero nominauit Philippicarum VI 5, 15, sed ita tamen, ut qua regione situs fuerit non possit cognosci. accedit quod Taraciae uirginis Vestalis et nomen, de quo Hübnerus egit l. s. s. p. 29, 30, et factum quadam cum testamento Larentiae quasi necessitudine coniunctum est. nam Taracia populo Romano Tiberinum agrum gratificata est, quam rem Beckerus disputauit enchiridii I p. 622 sq. Schweglerus hist. R. II p. 46 Prellerus myth. R. p. 422. sed Macrobii incuria factum est, ut quantum antiquissimi testis uerba ab inferiorum (inter quos est Plutarchus Rom. 4 qu. Rom. 35) uana garrulitate abhorreant, quaerere non liceat. neque aut Pfundii disputatione antiq. iur It. p. 70 sq. quicquam profecimus meretricem nisi legitimis nuptiis initis testamenti faciendi ius non habuisse censentis aut eam rem magno opere curo quod Plinii epist. V 7, 1 et Vlpiani tit. XXII 5 uerbis non potuisse siue rem publicam siue municipia heredes institui constat. satius erit consilii Catonis et uiae disserendi qua grassatus sit breuiter meminisse. quos igitur nominauit quattuor agros eos cum sua aetate nominibus illis in uulgus notos esse uideret, uelut prata Quintia Flaminia Mucia similia, quo primum tempore ex priuatis publici facti essent edocuit. sed utrum Larentiae testa-

menti causam inuenerit an dudum inuentam propagarit id incertum est.

Praeterea quae Liuius XXXIIII 5 L. Valerio contra Catonem Oppiam legem defendentem disputanti tribuit uerba inter primi originum fragmenta haberi solent haec, *nam quid tandem noui matronae fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt? numquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? tuas aduersus te origines reuoluam. accipe, quotiens id fecerint et quidem semper bono publico. iam a principio regnante Romulo cum Capitolio ab Sabinis capto medio in foro signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas proelium sedatum est? quid regibus exactis, cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonne id agmen quo obruta haec urbs esset matronae auerterunt?* e. q. s. immo ea tantum quae de Sabinis tradita sunt libro primo originum solent adscribi, reliqua exempla cur non item ad Catonem relata sint nulla est causa nisi editorum arbitrium. at cum sit interrogationis rhetoricae uis ac sententia haec, 'recole quaeso res gestas populi Romani quas in originibus tractasti,' Bolhuisius recte talia originum reliquiis exemit. itaque etiam Merkelium opinio fefellit, qui Catonis et Cn. Gellii de Sabinarum mulierum facinore dissensum hoc Liuii testimonio monstrauit in fastos Ouidii p. LXXXII.

Ad Tulli Hostilii regnum spectat Cloelii praetoris Albani bellum (fr. 21), de quo praeter Liuium I 22 Dionysii uerba sunt III 2 *Κλοίλιος . . . πρεσβείαν πέμπειν πρῶτον ἐψηφίσατο δίκας αἰτήσουσαν τῶν γεγονότων· ἐὰν δὲ ἀγνωμονῶσι Ῥωμαῖοι, τότε τὸν πόλεμον ἐπ' αὐτοὺς ἐκφέρειν.* luci Capenatis memoriam (fr. 26) cur non ad bellum Tulli a Liuio I 30 enarratum rettulerim, supra dictum est. denique Adolphus Kiessling de Latinis Dion. auct. p. 19 Dionysii uerba III 34 *καὶ αὐτίκα αἱροῦνται δύο στρατηγοὺς αὐτοκράτορας εἰρήνης τε καὶ πολέμου Ἄγκον Πουπλίκιον ἐκ πόλεως Κόρας καὶ Σπούσιον Οὐεκίλιον ἐκ Λαουινίου* ex originibus profecta esse coniecit. quibus uerbis quod dixit 'eandem fastorum Latinorum cognitionem' inesse quae sit in tabula Aricina a Catone descripta orig. II 21 id non intellexi quid sibi uelit. Spusii autem nominis

antiquitas patriaque dictatorum oppida in eadem tabula memorata cuiuslibet alius scriptoris antiqui uestigia prodere possunt.

Ad Seruium Tullium spectat fr. 22. tribus cum fuerint anno 259/495 numero XXI, Seruio autem regnante ex Fabii Pictoris sententia XXX, Beckerus enchiridii II 1 p. 166 sq. Catonem perpensis diuersae rationis momentis rem in incerto reliquisse statuit. quae prudentia sane mira esset in eo qui ingerum Troianorum numerum non meliore hercule annalium fide commendatum secure tradidit. itaque in hac quoque re, quibus scriptor rationibus usus a prioribus diuerse senserit, prorsus ignoramus.

Ad Tarquinium Superbum spectant fr. 23 et 24. unum Termini fanum exaugurari non potuisse (23) Liuius auctor est I 55, Iuuentam addidit periochae eius libri scriptor, de quo dissensu cf. Schweglerus hist. R. I p. 771. Lucium Mamilium, cuius solius de Tusculana ciuitate beneficium gratum fuerit, Ausonius Popma eum esse intellexit quem Romanis contra Appium Herdonium in tempore opitulatum esse Liuius III 18 et Dionysius X 16, 18 tradiderunt. quae res cum extra primi libri fines uideretur esse, Wagenerus Catonem ad Lucium ab Octauio Mamilio regis Tarquinii adiutore data opportunitate deflexum esse statuit. nec repugno, quanquam quae Mamiliani beneficii memoriam excitauerint multa cogitari possunt. Bormanno tamen repugno, qui cum nescio quo auctore comperisset, nec potuisse primo libro Lucium commemorari neque 'soli' eius beneficio, sed potius τῶν περὶ αὐτόν, auxilium Romanis latum esse, Octauium Mamilium Lucii praenomine a Catone adpellari censuit. quo tamen praenomine neque adpellarunt Octauium aut Liuius aut Cicero ad Att. IX 10, 3 aut alii nec poterat adpellare nisi qui duo Lucii et Octauii praenomina gentili Mamilii nomini addere uellet. antiquissimos autem Latinos duobus nominibus adpellari solitos esse, rem satis notam, exemplis diligenter conquisitis Lorenzius inlustrauit de dictatura Lat. p. 33 sq.

'Vnde quaeque ciuitas orta sit Italica' secundo et tertio libris narratum est. de quibus supra, cum generatim de operis dispositione egi, satis dictum est. siue igitur a rerum gestarum memoria ad origines ciuitatium scriptor excurrerit siue illas his libris fere neglexerit, Ligures secundo libro (II 1) Rhegini tertio

memorati (III 1) non obscure demonstrant recte Wagenerum (nam Bormanni non est ea coniectura) secundo libro superioris Italiae ciuitates inferioris tertio adsignasse. sed quod ciuitates et regiones a Catone commemoratas eo ordine quo habitabantur sese excipere iussi, id factum est non quo hos libros enchiridii geographici uicem obtinere ipsius scriptoris uerbis crederem demonstrari hisce fr. III 8 *haut eos eo postremum scribo quin populi et boni et strenui sient*, sed ne in re incerta obscuritatem augerem. itaque de Gallorum rebus Ligurumue qui Alpium iuga tenebant primum mihi dicendum est. quos quo ordine Cato enumerauerit Bormannus ex Plinii tertio libro cognosci posse nullo argumento conprobauit. ac scio quidem Henrici Brunnii disputatione de auctorum indicibus Plinianis Bonnae anno 1856 edita nouam ad fontes cuiusque libri indagandos uiam esse apertam: ea tamen si quis Catoni instaurando quicquam arcessi credat, uereor ne cupidius quam uerius iudicet. nam omissis iis libris qui rei rusticae libri excerptis referti sunt Catonis nomen non extat nisi in librorum III, IIII, VII, VIII indicibus. quos libros si perlegeris, in tertio aliquotiens inuenies Catonis nomen (u. orig. II 4, 5, 6, 8, 9, 15, 19, III 4), nusquam in quarto. iam cum in indice quarti Cato primum, secundum Varro locum obtineat, Varronis autem in ipso libro prima mentio occurrat § 62 ed. Sill., suspicari sane licet Graecarum rerum quae ante 62 tractantur particulas quasdam, uelut quae de Callidromo dicta sunt, ex originibus haustas esse, non licet demonstrare. in libro VII etiam incertiorem esse rem Brunnius sensit p. 12. in libri VIII indice Catonis nomen extat inter Pisonem, cuius Plinius meminit 7, et Fenestellam, quem laudat 19: laudatur inter utrumque 11. nec praeterea uestigia originum indagare potui. ad tertium autem librum ut redeam, satis adparet Plinium Catonem non ad partes uocasse nisi in quibusdam rebus, de quibus aut ab reliquis auctoribus diuerse ac singulariter sentiret aut solus antiquissimae memoriae monumenta traderet. quorum quae extant de Gallicis et Liguricis gentibus propter ipsam singularitatem Zeussius eo libro qui est de Germanis eorumque finitumis p. 230 nescio an properantius abiecerit. sunt autem in primis duo haec, primum quod Salassos Cato Liguricis gentibus adnumerauit (II 6); deinde quod stirpem Orobiorum se ignorare confessus est (ib. 4). in

summo autem scriptorum et codicum de Salassis et Salluuiis dissensu id maxime tenendum est, iam antiquissimos geographos de gente eorum dubitasse, ut patet e Strabonis uerbis p. 203, *καλοῦσι δὲ τοὺς Σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων Λίγυας . . οἱ δ' ὕστερον Κελτολίγυας ὀνομάζουσι.* hos Latine Salluos uel Salluuios adpellari et fasti triumphales a. 631/123 docent, *[de Li]guribus Vocontieis Salluueisq[ue]*, et Florus et periochae (nisi quod *Salui* Bambergensis Flori p. 33, 20 Iahn. Nazarianus p. 59, 20 idemque perioch. p. 74, 23 praebent), minus recte Sallyes Obsequens uocauit prodig. 30 et 32. colebant circa Massiliam et Aquas Sextias, transcenderunt Alpes cum Cenomanis et Boiis teste Liuio V 35. at Polybius II 17 idem narrat de Cenomanis Boiis Salassis. denique Liuius XXI 38 Hannibalem negat Poeninum uel Cremonis iugum transcendisse, per quos saltus non ad Taurinos sed *per saltus montanos ad Libuos Gallos* deuenisset; ita enim libri, *Salyas* aut *Salassos* restituendos esse Lipsius et Cluuerius perspexerunt; quid quod pro Saluis aperte pugnat Nazarianus liber Flori I 19 p. 33 in quo ipsum illud *saltus* pro *Salui* scriptum est. at Salassos nominat Strabo p. 204 in ea regione quae est circa Ticini fluuii fontes. ex his ambagibus uix te expedias, nisi primum statuas Salassorum et Saluuiorum nomina a Latinis Graecisque scriptoribus promiscue usurpata esse, deinde utramque gentem stirpe *Κελτολιγύων* oriundam esse, hoc est Gallicam nationem Liguribus mixtam. (cf. farraginem Dieffenbachii Celtic. I p. 43sq.) sed haec ideo disputaui, ut adpareret quam gentem Cato intellexisset, cum Salassos Tauriscae gentis fuisse statuit. iam uero non leuiore testium diuersitate etiam de Tauriscis et Taurinis certatur, si quidem Polybius quos dicit *τὰ πεδία* cis Alpes colere Tauriscos Gallicam gentem II 15, eosdem Taurinos uocare uidetur III 60, *οἳ τυγχάνουσι πρὸς τῇ παρωρείᾳ κατοικοῦντες.* atqui Taurinos Ligures fuisse consentiunt Strabo et Plinius; quapropter Niebuhrio adsentiri nequeo, neque adsensus est Dieffenbachius l. s. s. p. 140sq., Ligures Taurinos a Tauriscis Gallis segreganti hist. Rom. II p. 599 ed. alt.*) quae

*) Victor de uir. ill. 72 scribit M. Scaurum domuisse *Ligures et Tauriscos.* ita enim ex optimorum librorum scriptura *Cauriscos* restituit Mommsenius h. R. II p. 169 ed. alt.

cum ita sint, certo discrimine non posse diiudicari patet, utrum Gallicam Cato an Liguricam originem Salassis et Lepontiis Cato tribuerit. sed quoniam Nouariam Ligurum pagum uocauit, comperisse uidetur, Liguricam dominationem latissime patuisse. qua de causa fortasse Tauriscos quoque et Salassos pro Liguribus habuisse putandus est. accedit quod Ligurum potestatem et fines amplissimos fuisse constat. Polybii enim tempore Pisatium et Arretinorum fines attingebant; ab altera parte Laeui Ligures trans Padum circa Ticinum colebant, Libui siue Libici e Salluuiis orti, Vercellarum conditores teste Plinio III 124 Sill., denique Alpini populi Eturi Liguribus orti, Vagienni Ligures eodem auctore § 135.

Praeterea de Cenomanis Massilia transgressis exposuit II 9, Boiorum tribus et oppida Euganeorum numerauit II 8 et 5. falsus est Niebuhrius, si recte eius uerba excepta sunt editaque in praelectionibus de geogr. et ethnogr. uet p. 561, cum Boiorum interitum auctore Catone rettulit. nam Boios Plinius sua aetate interiisse dicit; Catonis tempore deuictos illos quidem a Publio Scipione esse multatosque agri parte fere dimidia accepimus teste Liuio XXXVI 39, nec tamen, quod ne cogitari quidem potest, plane exstirpatos. cf. Mommsenius hist. R. I p. 644.

Ligures inliteratos esse questus est II 1, Orobiorum stirpem ignorauit, II 4. neque aliter de antiquissimis Pisarum incolis sensit II 13. sed praeter fabulosas uulgi narrationes num etiam Graecorum scriptorum auctoritatem cognouerit et spreuerit, aut quaeri omittitur aut leuiter transigitur. ac ne Niebuhrius quidem satis caute dixit Timaeum, nedum Antiochum et Aristotelem, a Catone lectitatum non esse, ni mirum quod Oenotrorum memoria apud hunc nulla esset (hist. R. I p. 14 ed. alt.) at non pauca sunt quibus contrarium probari uidetur. ea subinde adnotabo. Lepontios igitur cum Salassis a Tauriscis ortos Cato dixit; alii eos e comitatu Herculis in Alpium iugis remansisse narrauerunt. auctorem eius sententiae Plinius non adscripsit, sed cum similem de Orobiis *ἀπὸ τοῦ ἐν ὄρεις βίου* denominatis sententiam ad Alexandrum Cornelium referat III 18, 124, de 'polyhistore' cogitare sane procliue est. accedit quod qui aetate ab eo non multum distant Cornelius Nepos Hannib. 3 et M. Varro apud Seruium ad Aeneidos X 13 de Grais Alpibus a traiectu Herculis

cognominatis sibi persuaserunt. unde consequi uidetur, ut grammatici has fabulas post Catonem demum inuenerint. nihilo tamen minus certum est hos ipsos grammaticos non suo periculo uerum Timaei aliorumque auctoritati confisos talia propagasse. etenim mirabilia de Gallis a Timaeo tradita esse Polybius auctor est II 16, ab eodem profecta esse uidentur quae extant in libro mirabil. ausc. c. 85 Westerm. *ἐκ τῆς Ἰταλίας φασὶν ἕως τῆς Κελτικῆς καὶ Κελτολιγύων καὶ Ἰβήρων εἶναί τινα ὁδὸν Ἡράκλειαν καλουμένην* e. q. s. conl. Diod. IIII 21.

Venetos Polybius II 17 dicit sermone et moribus a Gallis diuersos fuisse. Cato eos Troiana stirpe oriundos esse narrauit II 9, quod utrum scriptoribus Graecis crediderit an famae populari a Graecis mercatoribus ad Adriatici maris angulum delatae diiudicari non potest.

Redeamus ad Gallicas res. ager Gallicus cis Ariminum uiritim diuisus est anno u. 522/232 lege agraria a C. Flaminio promulgata teste Polybio II 21, *μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος κατεκληρούχησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν.* agrum Gallicum et Picenum anno u. 526/228 diuisum esse Cicero testatur de senect. 4 conl. Brut. 14, 57. dissensus ortus est inde, quod quidam, inter quos Liuium fuisse e Valerio Maximo V 4, 5 conl. perioch. XV conicio, tradiderant Flaminium legem senatui ingratam patris iussu deseruisse, desertam quattuor annis interiectis iterum tulisse.

Quae praeterea extant de Gallis fragmenta ad hominum mores terraeque prouentus spectant: cf. Mommsenius I p. 299. unum tamen, quod in rerum Gallicarum fronte conlocaui (II 3), ad res gestas pertinere Wagenerus perspexit. nimirum Gallorum in Italiam aduentus Liuius V 33 dicit eam causam fuisse quod Arruns Clusinus *ira corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipse*, Gallos ultores aduocaret. quam rem etiam Dionysius XIII 15 exc. Ambr. persecutus de Lucumonis amore haec scripsit *ἐρασθεὶς (τῆς γυναικὸς) ὁ νεανίσκος ἅμα τῷ σώματι τὴν διανοίαν τῆς ἀνθρώπου διέφθειρεν, καὶ οὐκέτι κρύβδα, ἀλλ' ἀναφανδὸν ἐξήτει αὐτῇ διαλέγεσθαι.* his igitur Catonis uerba ita congruere uidentur, ut ad Gallorum aduentum referenda sint.

Qua de causa Tuscorum res ad librum secundum transtulerim supra significaui. a quo consilio ante Bormannum omnes ideo abhoruisse uidentur, quod de Pisarum origine primo libro dictum esse Seruii exemplaria testarentur. sed quoniam neque in Parisino libro, in quo uno Georgius Thilo Catonis uerba inuenit, numerus adscriptus est neque in Danielina editione, non dubitaui hanc rem nouare. Bormannus autem nostrorum scriptorum morem, qui antequam ad urbis primordia accedant, de Latinis Sabinis Tuscis quasi de quibusdam rei publicae Romanae elementis agere consueuerunt eundem a Catone obseruatum esse inique statuit. quamquam nescio an non nemini primi libri patrocinium suscipere uideantur ipsa Catonis uerba (II 14) a Seruio indicata ad Aeneidos XI 567 *nam pulsus fuerat* (Metabus) *a gente Volscorum quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur, quod Cato plenissime executus est.* atqui Cato primo libro de Volscorum agro olim a gente Aboriginum culto dixerat, de imperio Tuscorum etiam Liuius primo libro 2, 5 scripsit haec *quamquam tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset.* sed ex ordine rerum a Liuio narratarum nihil redundat ad restituendam originum narrationem. Volscorum autem commemoratio primo libro facta est in transcursu, cum Aboriginum imperium ac fines inlustrarentur.

Ipsa Seruii de Pisarum origine uerba Wagenerum mire torserunt. effecit ex iis, ut post Teutanes ante Tuscorum aduentum tertia gens Tarchone duce ea loca possederit. at non dicit Cato Seruianus, ante Etruscorum aduentum Tarchonem Pisas condidisse, immo compertum quidem sibi non esse, qui homines ante Etruscos eam regionem tenuerint, inueniri tamen qui Tarchonem, Tuscum ni mirum, Pisas condidisse tradant Teutanis exactis. itaque nec seiungitur a Tuscis Tarchon neque a quoquam seiungi potuit; quod autem non frater sed filius uocatur Tyrrheni id sane unus Cato narrare uidetur. cf. Od. Müllerus Etruscarum rerum I 94 et 73. eadem fere tradunt Plinius III 5, 50, *Pisae ortae a Pelope Pisisque siue a Teutanis Graeca gente*, et Dionysius I 20, *ᾤκουν οἱ Πελασγοὶ κοινῇ μετὰ τῶν Ἀβοριγίνων ὧν ἐστιν ἥ τε Καιρητανῶν πόλις, Ἄγυλλα δὲ τότε καλουμένη, καὶ Πίσα καὶ Σατορνία καὶ Ἄλσιον καὶ ἄλλαι τινὲς ἃς ἀνὰ χρό-*

νον ὑπὸ Τυρρηνῶν ἀφῃρέθησαν. at fortasse operam perdidimus in explicanda re quae a Catone aliena est. nam nescio an melius procedat oratio si scribamus *Cato qui Pisas tenuerint ante aduentum Etruscorum negat sibi compertum. sed inuenitur* e. q. s. nam in Parisino libro pro uulgato *inueniri* est *inuenerit.* aduersari quidem uidetur Plinius, qui cum inter libri III auctores Catonem censorium nominauerit, Teutanes suos e Catone transscripsisse uidetur. sed quae inter auctorum rerumque ordinem intercedat ratio eam nondum omni dubitationi exemptam esse uidimus. de lucis Capenis uere sacro uotis primus Niebuhrius hist. R. I p. 121 apte disseruit. de Propertio rege nisi quis de eponymo Vmbricae Propertiorum gentis cogitare uoluerit nihil compertum est. alterum ueris sacri exemplum apud Catonem deprehendit Schweglerus I p. 242 de quo supra dictum est. item supra exposui de Ameria (fr. 19) et de Marsis uere sacro uotis (fr. 18). sed de his, nisi fallunt librarii, subobscure dictum est. Marrucinorum enim nomen detortum a Marso traditur propterea quod Marsus prius quam Paelignus hostem occidit. unde sequi uidetur, ut Marsi cum Paelignis coniuncti uel utriusque populi manus uere sacro uota communi Marrucinorum nomine eam ob causam uocati sint, quod cum nouas sedes armis quaesiuerint, Marsi primi hostem uicerint. quod si uerum est, Cato Marrucinos 'quasi Marsicidos a caedendo hoste' dictos sane lepide opinatus est.

Luci Dianii ab Egerio Laeuio dedicati memoriam (II 21) Wagenerus ad bellum Latinum pertinere dixit. sed uereor ne, si triginta populorum antiquitates scriptor per hanc opportunitatem inlustrasset, rerum gestarum ordinem pessum dedisset. qua re Catonis uerba cum ceteris rerum Latinarum fragmentis sociata exhibui. aetatem dedicati luci Niebuhrius anno u. 506 quasi extremo fine definiri uoluit hist. R. I p. 587 ed. alt. quo anno Pometini, qui inter Latinos populos apud Catonem comparent, ad Auruncos defecerunt. quo tamen iure Pfundius iur. It. antiquit. p. 29 sq. posuerit nominis Latini nouum caput Alba diruta constitutum esse Ariciae, etiamsi Catonem ad partes uocauerit et Plinium XVI 44, 242, *est in suburbano Tusculani agri colle qui Corne appellatur lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio* e. q. s., id non perspicio. ac duae quidem sunt

res quibus Cato a Dionysio dissentire uidetur, primum quod octo pro triginta populos nominauit, deinde quod dictatorem Latinum pro duobus praetoribus. de dictatore Catoni crediderunt Niebuhrius Schweglerus II p. 291 alii. sequitur alterum illud, quod duodecim de triginta populos non Catoni ignotos sed a Prisciano, quippe qui *Ardeàtis* nominatiuum solum spectauerit, omissos esse cum alii coniecerunt tum Schweglerus statuit hist. R. II p. 290. idque sane eo commendatur, quod etiam *Rutulus*, quo cognomine Ardeates a Latinis distingui Mommsenius perspexit, altero loco omittitur. sed nisi me fallit opinio, qua etiam Schweglerum I p. 731 fuisse puto, non fuit lucus Dianius ab Egerio consecratus quasi uniuersi Latii κοινὸν sed Feroniae luco similis conuentibusque mercatorum destinatus, quibus praesidium honoremque a rebus sacris arcessi solitum esse constat. itaque non necessarium est, ut omnes qui tum fuerint Latini foederis populos communiter hunc lucum dedicasse credamus. cuius modi lucos adposite Rudorffius grom. inst. p. 262 testes esse uoluit eius instituti, ut populi in quorum confinio silua esset eam in communem suum usum siue deo siue deae dedicarent. sed ut hanc quaestionem quae est de octo populis a Catone nominatis non audeo hac commentandi oportunitate profligare, ita de dictatore Egerio paullo seuerius agendum mihi esse uideo. fuit ille genere Tusculanus; itaque M. Cato eodem municipio ortus dedicationem illam fortasse Tusculi, ubi Egeriorum claram gentem durasse suspicari licet, legerat in lapide inscriptam. iam cum antiquum proverbium ferretur 'multi mani Ariciae,' neque id Varronis aetate satis intellegeretur, grammatici alii de clara Maniorum propagine cogitarunt alii contrario sensu uilia nescio quae Aricinis obtruderunt. adscribam Festi uerba p. 145 M., *Manius Egeri[us lucum] Nemorensis* (-*em* cod.) *Dianae consecrauit a quo multi et clari uiri orti sunt et per multos annos fuerunt. unde et prouerbium 'multi Mani Ariciae'. Sinnius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia Maniae dicuntur deformes personae et Ariciae genus panni fieri quod manici appelletur.* Verrius Flaccus igitur acceperat lucum Dianium consecratum esse a Manio Egerio; hunc ab Egerio Laeuio Tusculano diuersum fuisse grammaticorum nugae Prellero mythol. R. p. 279 sq. persuaserunt. sed siue Manii praenomen re uera

fuerit dictatori Egerio Laeuio siue non fuerit (Latinos certe duobus nominibus contentos fuisse Lucii Mamilii exemplo cognouimus), duos Egerios luci Dianii patronos facere temerarium est. fuit autem Egerius ille Tusculanus, non Aricinus, itaque prouerbium 'multi Mani Ariciae' ad eius progeniem reuocare Verrius non potuit, nisi quod Tusculanum eum fuisse ignoraret aut quod Egerios Ariciam commigrasse sciret: quo de dubitari poterit. Aricinorum certe cum Tusculanis coniunctionem in rebus sacris maxime conspicuam optime illustrauit Klausenius Aen. p. 956. ceterum prouerbii uim nemo adhuc explicauit: cf. O. Iahnius in Persium p. 225.

Transeo statim ad Praeneste oppidum, quod a Coeculo conditum esse 'Praenestinis libris', si fides constat Solino 2 p. 9 G. Salm., Cato credidit (II 22). sed commentarii Vergiliani de hac re praeter Catonem Varronis logistoricum qui inscriptus est 'Marius de fortuna' aliorumque libros breuiatos exhibent, ut quo quisque narrando progressus sit difficili opera dispicias. etsi enim adpareat Varronem conditorem 'Depidium' nomine (ita enim scriptum est in scholiis Veronensibus ad Aen. VII 681) cognomento 'Coeculum' uocasse, Catonem nihil de 'Depidio' tradidisse, tamen nos fugit, qui fieri potuerit, ut uirgines petentes aquam in foco Coeculum inuenirent: u. Klausenius Aen. p. 762, 763. crediderim Catonem breuiter narrasse Coeculum appellatum esse, quod exiguos oculos haberet, eum condidisse oppidum in montibus, idque inde quod praestaret montibus Praeneste dictum; fortasse etiam de 'collecticia pastorum manu' narrauit, simili primis urbis Romae ciuibus. cetera tribuerim Varroni et aliis grammaticis, qui 'Depidiorum' siue 'Digitiorum' siue 'diuorum' (uel 'diuinorum', ut est apud mythogr. Vat. II 184) fratrum memoriam cum indigitibus Romanorum diis confuderunt.

Catillum Arcadem Cato Tiburis conditorem fecit (fr. 24) *unde mons Catilli dicitur quem Catellum dicunt per corruptionem.* Seruii haec sunt ad VII Aeneidos 672. facile crediderim Catonem huius nominis originem aperuisse. Sestius quidam a Solino p. 9 F nominatus aliique Catillum Argiuum dixerunt. u. Klausenius p. 935 sq. de Polite Priamida Iliadis B 792 sqq. uersus sunt hi

ὅς Τρώων σκοπὸς ἷζε ποδωκείῃσι πεποιθὼς

τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος,
δέγμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί.

ab hoc Politorium conditum esse libro I narratum uidetur Wagenero, quod Ancus Marcius oppidum diruit. cf. Klausenius p. 1008. ego cur huius ciuitatis originem ad II librum (fr. 26) transtulerim, uniuerse supra exposui.

Quas proximas rettuli origines unde hauserit scriptor diligens non audeo pro comperto dicere. ad Timaeum certe similesque Graecorum scriptores prouocandi necessitas nulla est. quodsi annalibus Fabii de Arcadum atque Euandri aduentu uulgaris fama iam proposita erat, non mirum est quod quamuis modice ac parce inde Cato deprompsit quae sibi opus essent ad nomina originesque explicandas.

Vltimo inter oppidorum origines loco conlocaui quae uerba extant de hostia effugia fr. 27. quae cum Wagenerus praua librorum scriptura deceptus ad boues Geryonis referret, iniuria tertio libro inseruit. sed quoniam et Albam et Lauinium eo loco condita esse legimus ubi sus XXX porculos peperit, et uero Bouillas, ubi taurus 'iam consecratus', hoc est immolatus, fugiens ab ara quae erat in monte Albano comprehensus est (u. Schweglerus I p. 321), Lauinienses boues 'in siluam' aufugientes dici patet nouae coloniae nescio cuius ἀρχηγέτας. quare secundo libro haec inserui.

Denique ad terrae in his regionibus prouentus pertinent quae extant de capris feris in Sauracti et Fiscello montibus (fr. 16, nam de 'Sauracti Fiscello' monte mire falsus est Prellerus mythol. R. p. 239 adn. 1) et de hordeo Tiburti (fr. 25). salem Carthaginiensem libro II commemorari ita mirum uisum est, ut Wagenerus contra codicum fidem quinto libro tribuerit haec uerba (fr. 32) *ex sale qui apud Carthaginienses fit.* nimirum nemini in mentem uenit de hoc sale in libro mirab. ausc. c. 134 Westerm. haec haberi, τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ . . . γίνεσθαί φασιν ἅλας ὀρυκτοὺς ἐπὶ τρεῖς ὀργυιὰς τὸ βάθος, τῇ ὄψει λευκοὺς καὶ οὐ στερεοὺς ἀλλ' ὁμοίους τῷ γλισχροτάτῳ γλοιῷ· καὶ ὅταν ἀνενεχθῶσιν εἰς τὸν ἥλιον ἀποστερεοῦσθαι καὶ γίνεσθαι ὁμοίους τῷ Παρίῳ λίθῳ. γλύφεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν λέγουσι ζῴδια καὶ ἄλλα σκεύη. haec igitur σκεύη 'ex sale Carthaginiensi' facta in Italiam asportari solita esse arbitror. ne-

que enim nostrae coniecturae obest, quod quae de Vticensium sale fossili auctor de mirabilibus et Plinius XXX 1, 39, V 5, 34, ea noster de Carthaginiensi narrauit. mercaturae igitur habes exemplum; alterum idque etiam certius ad librum III adnotabo. sacra Arpinatium heredem non sequi dicta et Sauinius olim tetigit opusc. uar. I p. 156 et nuper Eduardus Lübbertus comment. pontific. p. 185. cetera libri II fragmenta admodum obscurata sunt a librariis. quorum quod Rothius in lucem resuscitare conatus est (fr. 30), ego in tenebras reieci. de his ne longus sim criticam adnotationem adiri nolo.

Insigne tertii libri fragmentum (1) Probi industriae debetur Vergilii bucolicon exordium commentanti. is enim bucolici carminis originem ab Oreste furente repeti tradidit, qui responsum tulerit depositurum se esse furorem, *si recuperata sorore Iphigenia ablueretur fluuio qui septem fluminibus confunderetur.* ita est enim in editione Egnatii, in libris Vaticano et Parisino desunt uerba *qui — confunderetur.* idem scribit auctor de carmine bucolico (schol. Theocr. p. 4 Ahrens.) *Ὀρέστῃ . . χρησμὸς ἐξέπεσεν ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι. ὁ δὲ πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις διαφόροις ποταμοῖς.* (*διὰ χώρας* est in Paris. cod., uulgo *διαχώροις*). septem fluuiorum nomina e Varronis antiquitatum libris petita posuit Probus *Latapadon Micodes* (*Micos* supra scr. Vat.) *Eugiton Stracteos Polie Molee* (om. Paris.) *Argendes* (*Argeades* Paris.). horum nullus alibi commemoratur, nisi quod *Argeades* latere uisum est in nomine *Arciade*, quod est in tabula Peutingeriana inter Taurianam et Rhegium. septem flumina nouit etiam Cato, septimum dicit 'Taurianum et Rheginum' fines dispertire, nomen eius adposuit quod scribitur in codicibus *Pecoli.* hoc inter Varroniana nomina quaerendum esse Bormannus intellexit, sed quae praeterea disputauit, ea omnia ratione criticique instrumenti intellectu destituta esse iterum demonstrare omitto. ne tamen futuro inpeditissimae quaestionis arbitro iudicandi materia desit, breuiter repetam quae alicuius momenti esse ad indaganda Catonis uerba uideantur.

Libri Vaticanus et Parisinus cum editione Egnatii in nomine *Pecoli* consentiunt, dissentiunt ab ea primo uerbo; id enim in Parisino *Thelunti*, in Vaticano *Theseunti* scribitur exiguo discri-

mine, in Egnatiana *Rhegini;* quod, etiamsi Egnatiana testis de perdito codice Bobiensi tertius sit, pro coniectura esse adparet. ac primum quidem falsi sunt ii qui ex *Thelunti* siue *Theseunti* scriptura cognomen Taurianorum elicere noluerunt a flumine quod propter fluit ductum. mira esset enim figura neque in tali narratione apta, si quae simpliciter dici debebant hoc modo 'Tauriani Thelunti † uocantur de fluuio qui propter fluit', ea immutato ordine 'Thelunti Tauriani uocantur' e. q. s. obscure et oratorie posita essent. immo necessarium est, ut in *Thelunti* lateat oppidi populiue nomen, in *Tauriani* cognomine fluminis quod propter fluit, aut si quid aliud in primo uocabulo latet, secundum sit nomen ciuitatis item a flumine detortum. quod si uerum est, sequitur, ut *Pecoli* fluuius de septem Varronianis unus non sit is qui propter Taurianos fluit. iam circumspice geographorum de hac regione narrationes. Rheginorum fines, quos flumine *Pecoli* a Taurianis dirimi legimus, ab altera parte ad Locrensium agrum, ab altera ultra Scyllaeum promonturium pertinebant. in ora maritima oppida enumerat Strabo p. 256sq. haec, (1) Medma (2) Emporium (3) Μέταυρος· ποταμὸς καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος· (4) ἀπὸ δὲ τοῦ Μετάυρου ποταμοῦ ἕτερος· (5) ἐκδέχεται δὲ ἐντεῦθεν τὸ Σκύλλαιον πέτρα χερρονησίζουσα ὑψηλὴ τὸν ἰσθμὸν ἀμφίδυμον καὶ ταπεινὸν ἔχουσα ὃν Ἀναξίλαος ὁ τύραννος τῶν Ῥηγίνων ἐπετείχισε τοῖς Τυρρηνοῖς κατασκευάσας ναύσταθμον e. q. s. (6) Posidonium, Ῥηγίνων στυλίς. (7) Rhegium. alio ordine Plinius III 5, 73 enumerat haec, *Metaurus amnis, Tauroentum oppidum, portus Orestis et Medma. oppidum Scyllaeum, Crataeis fluuius . . dein columna Rhegia* e. q. s. *Tauroentum* ibi habent Riccardianus et Parisinus, *Taurentum* codices Barbari. tertius Mela est II 4, 8 *in Bruttio sunt columna Rhegia, Rhegium, Scylla, Taurinum et Metaurum.* libri enim, quantum quidem nunc iudicari potest, *Taurinum* habent praeter Paris. 1 qui *Taurium,* et Paris. 2 qui *Taurianum* 'uidetur habuisse', quae lectio inde ab a. 1577 editiones occupauit. habes igitur in confinio Metauri oppidum *Taurium* uel *Tauroentum*, habes etiam in tabula Peutingeri et apud Rauennatem geogr. IIII 32 *Tauraniam* supra *Arciadem.* quae cum ita sint Cluuerus Ital. ant. p. 1293 Strabonis uerba (4) ita scripsit ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου πο-

ταμοῦ ποταμὸς ἕτερος Κραταιὶς καὶ ἡ Ταυρανία ἐστὶ πόλις. desideratur certe ibi oppidum ab aliis satis clare significatum, neque non a Catone, qui flumine 'Pecoli' *Rheginum* et *Taurinum* dispertiri scribit siue *Taurianum* ut principio narrationis in libris legitur, siue *Tauranium*, nam hoc quoque librariorum errore obscuratum esse suspiceris. sed nouae ingruunt tenebrae. neque enim inter Metaurum et Crathaein est fluuius de cuius nomine quod fuerit *Taurus* Taurianos nominatos esse coniciamus. quid est autem illud *Thelunti?* Schneidewinus in censura Keiliani Probi *transeunti* coniecit, ita ut de uno populi nomine sibi persuaserit. (cf. mus. phil. IV p. 161) *Facelini* Wagenerus, a flumine *Faceli* (*Pecoli*), quem et ob uerborum structuram et ob septem flumina Varroniana, e quibus unum *Pecoli* fuit, uituperandum esse uidimus. has dubitationes, a quibus procul abfuit Dom. Romanellius in topographia regni Neapolitani I, p. 66 sqq., cum septem flumina riuulos esse uoluit quibus Metaurus augetur, 'Taurocini' autem nomine signauit riuulum propter Rhegium fluentem, has gaudebo si quis feliciore acumine diluerit. ac nuper quidem homo satis adrogans, qui F literae compendio in diurnis Zarnckianis nomen suum aut sciri aut ignorari uoluit, Bormanno superbiens obiecit, quod 'Pecoli' nomen a Klenzio restitutum ignoraret. sed qui commentationum philologicarum p. 86 inspexerit, inueniet Klenzium Parisini codicis scripturam adnotasse nec emendasse. alibi Klenzium eandem rem tetigisse mihi non compertum est.

De Capuae urbis nomine uariisque fortunae uicibus Seruii uerba in Vergilii Aen. X 145 sic scripta sunt *et Capys hinc nomen Campanae ducitur urbi] Iste quidem hoc dicit, sicut Ouidius qui Capym de Troianis esse commemorat: ille dedit Capyi repetita uocabula Troiae. . . . Coeliusque Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit, eumque Aeneae fuisse sobrinum. alii hunc Capyn filium Capeti uolunt esse Tyberini auum ex quo fluuius Tyberis appellatus est, eumque Capuae conditorem produnt. alii Capym Samnitem condidisse Capuam confirmant. sed Capuam uult Liuius a locis compestribus dictam, in quibus sita est. constat tamen eam a Tuscis conditam de uiso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur, unde est Capua nominata. Tuscos autem omnem pene Italiam subiugasse manifestum est. alii a*

Tuscis quidem retentam et (immo *sed* legendum est) *prius Vulturnum* (*Aliternum* editio Petri Danielis) *uocatam: Tuscos a Samnitibus exactos Capuam uocasse ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curui fuerunt, quemadmodum falcones aues habent, quos uiros Tusci Capuas uocarunt. Varro dicit propter caeli temperiem et cespitis fecunditatem campum eundem Capuanum siue Campanum dictum quasi sinum salutis et fructuum.* Liuii uerba quae commentator excerpsit haec sunt IIII 37, *creati consules sunt C. Sempronius Atratinus Q. Fabius Vibulanus* (a. 331/423). *peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta, Vulturnum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam Capuamque ab duce eorum Capye uel quod propius uero est, a campestri agro appellatam. cepere autem prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque accepti, deinde festo die grauis somno epulisque incolas ueteres noui coloni nocturna caede adorti.* recepti sunt Samnites anno 316/439 teste Diodoro XII 37. iam uero in Seruianis uerbis Catonis sententiam uulgo putant inesse (cf. Prellerus myth. R. p. 11). quod si uerum sit, Velleius de ea mire falsus est. haec enim Seruius 'aliis' placere scribit, Tuscos retinuisse oppidum, quod prius Volturnum dictum sit, idque de sui ἀρχηγέτου nomine Capuam adpellasse, Tuscos deinde a Samnitibus esse expulsos. itaque Catoni non primi sed alteri Capuae conditores dicendi erant Tusci. quodsi Velleius priores utpote clarissimae urbis non ἐπωνύμους factos neglexit, habeo etiam quibus uirorum doctorum de Seruianis uerbis placitum confirmem. nam cum considero Pisarum quoque regionem ante Tuscos alios tenuisse secundum Catonem II 13, Petiliae ciuitati pridem conditae Philoctetam murum tantum fecisse (III 3), denique Auruncos coluisse Taurianam regionem ante Achaeos (III 1), non dissimile ueri esse arbitror etiam Capuae primos incolas Catonem a Tuscis secreuisse. accedit quod quibusdam auctoribus placuisse Strabo refert p. 242 Ausones e Campania ab Oscis pulsos, si recte uerba eius intellego. quare has quoque regiones ab Auruncis olim cultas esse auctor noster dixerit. sed satis incerta sunt haec omnia. Velleius igitur, ut Seruium mittamus, apud Catonem scriptum inuenit Capuam anno 283/471 a Tuscis siue conditam esse siue occupatam. cui te-

stimonio rursus obstare uidetur quod olympiade LXIIII Tusci aliique barbari ab Aristodemo Cumanorum tyranno in Campania superati sunt. atqui id fieri non potuisse dicet quispiam, si anno demum 471 Tusci Capuam condiderunt. sed ne hoc quidem argumentum ad euertendam Velleii fidem utique ualet, si quidem nauibus Tuscos saepius in ea regione adpulisse Mommsenius probabiliter statuit hist. R. I p. 114.

Ad mercaturam spectant uerba fr. 6 (cf. adnot. l. I 32). nam laserpicium Cyrenaicum medicamentis utile et condiendis cibis (cf. Salmasius exerc. Plin. p. 262) septimo urbis saeculo in Italiam aduehi solitum esse Plinius auctor est libro XIX 3, 38 sqq., Catonis tempore Capuam aduectum esse testantur Rudentis Plautinae uersus 629 sqq., quibus Daemonem adfatur Trachalio

teque oro et quaeso, si speras tibi
hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium
eamque euenturam exagogam Capuam saluam et sospitem.

itaque siue Capuanos siue alios Italicos τρυφητὰς reprehensos conicio, quod condimento ciborum pretiosissimo pro pulmentario uterentur.

Fabulae reliquiae sunt in fr. 5, quam fabulam cum Himerensibus narrauerit Stesichorus teste Aristotele rhet. II 20, Bormannus ad Himerensium res in Siciliae periegesi tractatas pertinere putauit. sed mihi Cato haec de Italis populis seruitutem una cum auxilio a populo Romano nactis ad exemplar Menenii Agrippae praecepisse uisus est.

Praeterea L. Lerschius de gramm. philos. ant. III p. 139 sq. plenius obseruare poterat scriptorem originum Varronianum illud 'unde nomina inposita essent rebus' studiose esse amplexum. exempla enim nominum explicatorum haec sunt *Sabini a Salo nominati* (I 6), *Marrucini . . a Marsis detorsum nomen* (II 18), *Grauiscae dictae quod grauem aerem sustinent* (II 20), *Praeneste quod montibus praestet* (II 23), *Catillus mons a Catillo Arcade* (II 24), *Politorium a Polite* (II 26) *Tauriani a fluuio qui propter fluit* (III 1).

De quarto et quinto originum libris Nepos *in quarto autem*, ait, *bellum Poenicum est primum*, *in quinto secundum.* atqui e quarto libro summo codicum consensu proferuntur Catonis uerba de initio secundi belli (fr. 10) et de Maharbale post Can-

nense proelium Romam profecturo (11), libro quinto, ut minus certa taceam, oratio pro Rhodiensibus inclusa fuit. Bormannus igitur Cannensis proelii memoria e quarto libro audacter expulsa miram orationum utroque libro inclusarum causam excogitauit, scilicet quinto sextoque libris Macedoniam Graeciamque descriptam esse, Hispanias septimo; illi Rhodiensium defensionem, huic Galbae de Lusitanis accusationem ad illustrandas utriusque prouinciae res insertas esse statuit. cui inuento neque patrocinatus est nisi ethnographicis suis rationibus nec potuit patrocinari. nam cum extremis fere uitae mensibus, anno certe ultimo, Cato orationem contra Galbam septimo libro incluserit, credat oportet Bormannus hoc ipso anno Catonem intellexisse aequabilitatem quandam consilii commode admitti, si altera oratio quinto libro insereretur. nisi tamen eodem eum tempore quinto et septimo libris conponendis incubuisse statuendum sit. sed eiusmodi argumentorum artificia qui mecum inprobauerit, transeat oportet in Wageneri partem, horum librorum fines a Nepote parum accurate definitos esse censentis.

Certum est quarto libro de primo bello Punico deque Poenorum moribus et institutis actum esse. cum enim dubitari non possit quin de mercennariis Poenorum militibus uerbis fr. 3 disputatum sit, Festo duce (fr. 2) mapalia Poenica in quarto libro maluimus collocare quam in primo cum Seruii codice Parisino, nam abest numerus a Cassellano. 'mapalia' dixi eodem Festo auctore: nam 'magalia' Seruius habet. notum est grammaticos in utriusque uocabuli differentia exquirenda a Vergilianis uersibus et Iugurtha Sallustiano 18, 8 solere proficisci. atque Vergilius quidem Aeneidos I 421 de Aenea Carthaginem intrante ait

miratur molem Aeneas magalia quondam

idem georgicon III 339:

quid tibi pastores Libyae, quid pascua uersu
prosequar et raris habitata mapalia tectis?

qua in re Vergilii doctrinam deprehendimus. Magalia enim siue Magaria siue Megara urbis Punicae regionem uocatam esse constat (cf. Mouersius rerum Punic. II 2 p. 140)*). idem 'mapa-

*) Non inuenio a uiris doctis adnotatum Augustini aetate regionem Carthaginis eam in qua S. Cypriani basilica erat 'mappalia' dictam esse (an potius 'magalia'?): u. Augustini sermonem 61, 11 ibique interpretes t. V p. 422 ed. Migne.

lia' Numidarum tuguria dici sciebat 'incuruis' illa 'lateribus tecta', ut ait Sallustius, 'coortes rotundas,' ut ait Cato. quare dubitari non potest quin 'mapalia' Catoni recte tribuantur. sed persequar grammaticorum de utroque uocabulo praecepta. itaque glossaria quibus Charisius usus est I p. 21 P. (p. 34 Keil.) haec habent, *magalia καλύβαι Ἀφρῶν, mapalia καλύβαι ἀγρῶν*, similia extant apud Philargyrium in Verg. Georg. III 340, Pompeium in artem Don. p. 420 Lind., Placidum p. 566 Maii, grammaticum Ecksteinii anecd. Paris. p. 27, 5, in glossariis Labbeanis, denique, qui Sallustii uerbis abutitur, apud Isidorum orig. XV 12, 4. quare quod is qui ad Aeneidos IIII 259 haec adscripsit *magalia Afrorum casas et mapalia idem significant, sed magalia ma producit mapalia uero corripit* grammaticorum adsensum non tulit, merito non tulisse uidetur. quanquam utrum Romano demum ore quod unum erat uocabulum Punicum diuersorum et formam et notionem adsumpserit necne id aliorum est quaerere. cf. Gesenius monum. Phoen. p. 392 Corssenus de pronunt. et accent. l. Lat. I p. 54. de mapalibus scirpea materia tectis plaustrisque impositis iam Herodotus IIII 190 tradidit his uerbis *οἰκήματα δὲ (τοῖς νομάσι) σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους ἐστί, καὶ ταῦτα περιφορητά*: cf. quae Athenaeus ex Hellanico (siue Hieronymo, si recte Müllerus statuit fragm. hist. Gr. I p. XXXI) rettulit fr. 93 M. Plin. nat. h. V 3, 22. XVI 37, 178. sed Cato talia accipere poterat cum anno u. c. 550 Publium Africanum quaestor in Africam secutus est. de genere rei publicae Carthaginiensium extat fragm. 6. ad talionem Poenis usitatam fr. 5 a Wagenero relatum est, cui Bolhuisius p. 33 sententiam ex parte praeiuerat, ad leges XII tabularum plerique iure consultorum pertinere uoluerunt, ueluti Puchta Instit. II p. 51 sq. (ed. a. 1851). at propter membrum quidem ruptum talionem, propter os uero fractum aut conlisum nummariam poenam lege XII tabularum statutam fuisse Gaius scribit III 223. quod cum animaduerteret Mommsenius comment. soc. Saxon. uol. II p. 258, statuit Catonis uerba esse de talionis iure XII tabulis antiquiore. sed propter tempus praesens quod est in *ulciscitur* uocabulo quartique libri res Wagenero assentiendum est. de aliis, quae ad Punicas res IIII libro narratas pertinere uisa sunt uide quae ad orationem 'de bello Cartha-

giniensi' adnotaui. denique commemorandus est error eorum qui 'Poenorum historiam' Catoni tribuerunt Festi testimonio usi p. 154 M.

1. . . . . *meritauere saepe merue-*
. . . . *enorum IIII Suf*
. . . . *nis cohortes omnis*
4. . . . . *auerunt.* || e. q. s.

cf. Paulus p. 152, *meritauere Cato ait pro meruere.* in secundo uersu Vrsinus *Poenorum IIII Suffetes* scripsit, unde Albertus Lion p. 48, Krausius fr. hist. p. 97, 113 atque Rothius fr. 80 p. 280 sq. aut 'Poenorum libros' aut 'Poenorum historiam' quarto originum libro inclusam grammatico inputarunt, conparatis Seruii uerbis ad Aen. I 343, 738. ubi quae in 'Poenorum' uel 'Punica historia' lecta esse dicuntur, ea falso ad Catonem rettulerunt. scilicet neque Cato 'Punicam historiam' conscripsit, neque Festus solet scriptoris uerba adferre per quasdam quasi ambages, quales essent in his uerbis *in historia Poe norum [Originum] IIII.* sed etiam Odofredus Müllerus falsus est cum dixit pro duobus Suffetibus quattuor a Catone uideri commemorari qui fuerint coloniae alicui praepositi. mihi certe de quaternario numero nihil compertum est. neque Mouersius rerum Pun. II 1 p. 534 ullo testimonio adiutus quattuor iudices de centum uirum conlegio lectos sibi finxit. ego ex his angustiis exiri posse arbitror, si secundum uersum ad hunc modum restituamus *[Cato Originum] IIII: [Fo]enorum Suf[etes].* idque eo minus pro uero habere dubito, quod nec *suffragia* nec *suffecti* neque aliud eius modi uocabulum facile in sententiam intrat eam quae postremis uerbis significatur *[om]nis cohortes, omnis [qui stipendia merit]auerunt.* sed malui haec incertorum librorum reliquiis (32) inserere, quoniam quae codicis lacuna hausta essent certo restitui non posse uidebantur.

De rerum gestarum populi Romani his libris narratarum ordine et ratione qui recte iudicare uelit periochae Cornelianae uerba studiose perpendat; nimirum bipertita ea est, ita ut post descriptos tres libros priores oratio subsistat, dum tituli origo e secundo et tertio libro explicetur, deinde nouo quasi momento ad quartum quintumque librum procedat, de quibus *atque haec* inquit *omnia capitulatim sunt dicta. reliquaque bella*

pari modo persecutus est usque ad praeturam Seruii Galbae, qui diripuit Lusitanos. atque horum bellorum duces non nominauit sed sine nominibus res notauit. itaque et Punica bella et reliqua ad suam usque aetatem capitulatim persecutus est. quod quid sit, ex altero illo, quod sine nominibus res notauit siue, ut est apud Plinium (fr. 9), 'imperatorum nomina annalibus detraxit' luculenter cognoscitur. caue enim ne Nipperdeii, uiri doctissimi, iudicio capiaris, qui initio cuiusque anni magistratuum nomina posita neque amplius praeterea commemorata, Punicorum autem bellorum historiam ab hoc artificio alienam fuisse in Nepotis uerba adnotauit. cui opinioni obstat quod neque per annorum seriem delapsas esse origines satis superque reliquiae docent, neque facile est intellectu, cur Punica bella ab reliquis, quae 'pari modo' ille persecutus est, segregentur. denique in Punicis bellis nomina omissa esse ostendit Maharbalis cum Hannibale conloquium (fr. 11). nec Q. Caedicii nomen, quod Gellius nominauit (fr. 7), in ipsis Catonis uerbis scriptum extat. erat autem, ut statim de utraque re absoluam, haec narratio inter celeberrimas; sed Q. Caedicium alii, plurimi Calpurnium Flammam tribunum uocitatum scripserunt teste Frontino strat. I 5, 15. itaque putauerim scriptorum de nomine tribuni dissensum inde ortum esse quod cum antiquissimus facti memorabilis auctor nomen tacuisset, annalium scriptores alii aliud nomen addiderunt. Leonidae autem facinus cum Caedicio conparatum est etiam a Floro I 18 p. 30 ed. Iahn. his uerbis, *ac si pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequauit, hoc inlustrior noster, quod expeditioni tantae superfuit, licet nihil inscripserit sanguine.* acta res est anno u. 496/258 ductu auspiciisque M. Atilii Calatini circa saltum Camarinensem: cf. Freinshemius Liuii suppl. XVII 23 sqq. alterum est conloquium quod dixi Hannibalis et Maharbalis (fr. 11). sed fraudi fuit Bormanno, quod a uulgari fama quae est apud Liuium XXII 51 responsum Maharbalis Catonianum *sero est, iam resciuere* aliquatenus discedit. scilicet dum Ausonii Popmae conatum, et si qui alii sano praediti iudicio particulas Gellianas coniunxerunt, uehementer inpugnat, lepidam sane quaestionem quasi a pueris soluendam proposuit hanc, qui fieri potuerit ut intra unius diei spatium Romae resciscerent quae in castris Cannensibus agerentur. quasi uero hoc potius ageret dicti memo-

rabilis auctor, ut quo primum tempore Cannis Romam perueniri posset adcurate indicaret, quam ut Romam capi non posse ne unius quidem diei mora post Cannensem cladem data tamquam praeclarum uirtutis Romanae praeconium ederet. consilium igitur narrationis si spectes, Catoniani Maharbalis non est dissimilis Liuianus, cum *uincere* inquit *scis Hannibal, uictoria uti nescis.* his narrationis frustulis iisque, quae in tribus libris prioribus de scriptoris consilio obseruauimus, satis demonstratum est neque de nominibus ducum omissis dubitari posse et capitulatim dicendi consilium cerni maxime in dictis factisque memorabilibus, quibus hominum et ingenia ali et inflammari animos posse contemptor Graecarum elegantiarum sibi persuaserat.

De foedere (fr. 10) a Carthaginiensibus sexiens rupto breuiter Mommsenius dixit chronolog. Rom. p. 322 adn. 8 ed. alt. consentaneum est Catonem demonstrasse mala fide eos aduersus Romanos et semper egisse et acturos, dum armis pollerent.

Abiecta adhuc iacuerunt paucula quaedam uerba (fr. 12) de duobus exulibus. eandem rem, nisi fallor, Varro narrauit libris humanarum antiquitatum teste Donato in Eunuchi Terentianae II 2, 25 *cupedinarii] Varro humanarum rerum Numerius Equitius Cuppes, inquit, et M' Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta.* ***his in exilium actis publicata sunt bona et aedes ubi habitabant dirutae.*** *ex ea pecunia scalae aedis Deum Penatium aedificatae sunt. ubi habitabant factus locus, ubi uenirent ea quae uescendi causa in urbem erant adlata. itaque ab altero macellum ab altero forum cupedinis est adpellatum.* eadem per litteras digesta sunt apud Festum epit. p. 48 et 125 M., ubi adiecta est temporis notatio, *quo damnato* (Macello) *censores Aemilius et Fuluius statuerunt, ut in domo eius obsonia uenderentur*, hoc est anno 575/179. 'singulare' fuit sane latrocinium equitum Romanorum qui in urbe aedes sat commodas haberent. quod qualecumque fuerit, solum uerterunt, condemnati sunt 'lege publica', bonisque eius publicatis execratio superaddita, fortasse ut ne cui in posterum in eo loco ubi habitassent domum extruere liceret. nomina equitum a Varrone addita esse uidentur. 'publicata bona' sane Wageneri coniecturam confirmare non nemo putauerit; ego Momm-

senium secutus sum propterea quod Ciceronis uerba de domo 8, 20 *tua uero quae tanta impudentia est . . . qui cum lege nefaria Ptolemaeum regem Cypri . . causa incognita publicasses* e. q. s. ea quanquam Wolfii suspicionem iniuria excitarunt, tamen tam singulari incensi animi impetu dicta sunt, ut hoc exemplo in sedata historici narratione eandem homines publicandi formulam admittere noluerim.

Libro quinto praeter orationem pro Rhodiensibus habitam (fr. 1 — 7), de qua infra dicam, Catonis res gestas expositas esse documento sunt fragmenta 10 et 13. unde Wagenerus 'admiranda' Hispaniarum, quibus quae de argentifodinis, de monte ex sale mero, de uento Cercio extant apud Gellium tribuo, quinto libro tractata esse suspicatus est. me tamen Hiberus fluuius septimo libro ob piscium feracitatem laudatus perpulit, ut ibidem illa quibus libri numerus non adscriptus est olim posita esse conicerem. itaque praeter orationem pro Rhodiensibus relicua sunt fragmenta 8 et 9, quibus de quintae originis temporibus iudicaturi aliquatenus certe adiuuamur. atque octauo quidem memoria anni, quo oratio illa habita est, qui est annus 586/168, redintegratur. eo enim Illyriis in tres partes distributis libertas ea formula concessa est quam Liuius XLV 27 adcurate descripsit. sed de ipsis Catonis uerbis, quae sunt *urbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse*, a Wagenero et Bormanno et diuerse nec feliciter certatum est. ille enim urbes insulasque a Romanis occupatas, agrum uero Illyriis relictum esse interpretatur; quae res etiamsi formula foederis confirmaretur (at ne admittitur quidem), in uerbis Catonis uix inesse crediderim. alter Gellio ipso teste facto insulas (Pharum et Hyllida dicit) quasi praesidia quaedam pro agro sita esse uerbis Catonis intulit. nimirum et urbes praeter insulas nominari ille neglexit, quibus adiectis sententia talis qualem proposuit plane euertitur, et Gellium frustra adpellauit. qui cum *pro* praepositionem uarie ab antiquis scriptoribus usurpari obseruaret, diuersorum exemplorum paria, quorum 'aliter' alterum, alterum 'aliter' dictum esset, conposuit, quorum exemplorum extrema Catonis haec sunt, *aliter M. Catonem in originum IIII proelium factum depugnatumque pro castris et item in quinto urbes* e. q. s. in quibus uerba Gellii *et item* Bormannus quidem ita intellexit, quasi

duo eiusdem generis exempla exhiberentur; mihi tamen et aequabilitati exemplorum et sermoni Latino consultum uidetur, si eum qui saepe 'aliter aliter' praepositionem dici adnotarit postremo *et item* uerbis eandem diuersitatem breuius nec pro eo quod est *et item aliter* obscurius significasse statuamus. quod si recte iudicatum est, Gellii testimonium in contrariam partem conuertendum est. quare Catonem, cum de formula Illyrici foederis loqueretur, urbes insulasque omnes agri nomine conprehendi puto exposuisse.

Naronis fluuii Catonem meminisse, cum Q. Fuluii Centumali res in Illyria anno 525/229 gestas persequeretur, Bormannus frustra contendit. nam qui tempora quinti libri considerauerit non dubitabit quin primum illud Illyricum bellum quarto libro describi oportuerit. itaque quae memoraui Catonis uerba ad Illyriae terrae descriptionem tum maxime factam, cum alterum bellum Illyricum anno 586/168 gestum traderetur, pertinere quiuis intelleget.

Orationem pro Rhodiensibus eodem anno habitam auctor originum quinto libro inclusit. non adscribam integra Polybii XXX 4 sq. aut Liuii XLV 20—25 de causa Rhodiensi uerba (cf. Mommsenius hist. Rom. I p. 751 sq.), cum praesertim Gellius satis luculenter eam rem persecutus sit. cuius uerba orationis reliquiis subieci. neque enim Wagenero adsentior prope certum esse dicenti, Gellium illa ex ipsa Catonis oratione petiuisse. quid enim? Catonem putabis in senatu quae modo facta essent exposuisse, uelut partem senatorum *bellum illis faciendum* censuisse? (immo M'. Iuuentium Thalnam praetorem rogationem promulgasse *ut Rhodiis bellum indiceretur*, Liuius c. 21 tradidit). deinde quod de adiuuando rege Perse publica decreta non esse facta Gellius dicit, de ea re ipsa Catonis uerba extant fr. 2, *atque Rhodienses tamen Persen publice numquam adiuuere.*

Quodsi quae Gellius Catonis fragmentis de suo interposuit accurate consideraueris, inuenies nullum inesse orationis Catonianae nisi quam ipse scripto mandauit uestigium. nam praeconium illud sane luculentum quod extremo capitulo legitur ipsis quas tenemus reliquiis satis apte et confirmari et uero intellegi potest. *praeterea*, inquit, *animaduertere est in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque sub-*

sidia mota esse; sed non proinde ut in decursibus ludicris aut simulacris proeliorum uoluptariis fieri uidemus, non inquam distincte nimis atque compte atque modulate res acta est, sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa acies est, multis locis Marte uario pugnatur: sic in ista tum caussa Cato cum superbia illa Rhodiensium famosissima multorum odio atque inuidia flagraret, omnibus promisce tuendi atque prohibendi modis usus est et nunc ut optime meritos commendat, nunc tamquam innocentes purgat, ne bona diuitiaeque eorum expetantur, obiurgat, nunc etiam quasi sit erratum deprecatur, nunc ut necessarios rei publicae ostentat, nunc clementiae, nunc mansuetudinis maiorum, nunc utilitatis publicae commonefacit. eaque omnia distinctius numerosiusque ac comptius fortassean dici potuerunt, fortius atque uiuidius non potuisse dici uidentur. denique Bolhuisius Meyerus Wagenerus ex Appiani Punicorum c. 65 uerba quaedam orationis reliquiis adscripserunt, quae tamquam e mente Catonis conficta e fragmentorum numero eximenda esse censui: sero intellexi prooemii sententiam breuiter ea referre. Scipionem enim Appianus dicit satis habuisse principatum Carthaginiensibus extorsisse *εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ τόδε νομίζουσιν, αὐτὸν ἐς Ῥωμαίων σωφρονισμὸν καταλιπεῖν, ἵνα μήποτε ἐξυβρίσειαν ἐν μεγέθει τύχης καὶ ἀμεριμνίᾳ. καὶ τόδε οὕτω φρονῆσαι τὸν Σκιπίωνα οὐ πολὺ ὕστερον ἐξεῖπε τοῖς Ῥωμαίοις Κάτων, ἐπιπλήττων παρωξυμμένοις κατὰ Ῥόδου.* quodsi uerba fragmenti primi secundique haec *sed enim id metuere, si nemo esset homo quem uereremur, quidquid luberet faceremus, ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent* cum Appianeis comparaueris, non dubitabis statuere, quin is quem Appianus secutus est orationis Catonianae integritatem inlato Scipionis nomine paullo audacius deformauerit, si quidem ipsa sententia utrobique prorsus eadem est.

Libri sexti paucula quaedam uerba unus Gellius seruauit. ea ad orationem in senatu de Carneade dictam Wagenerus coniecit pertinere, res sane incerta. cf. dict. mem. 43.

Libri septimi principio orationis contra Ser. Galbam de Lusitanis reliquias conlocaui. ac Ciceronis quidem Quintiliani Frontonis testimonia, quae numero 3 conprehendi, satis demonstrant de absoluto Galba Catonem in oratione uerba fecisse.

unde adparet non eam orationem quae in ipso accusationis certamine ad populum dicta est in origine septima expositam esse, sed alteram quandam, quam siue habuerit ille siue scripserit re peracta. de causa ipsa periochae Liuii XLVIIII uerba haec sunt, *cum L. Scribonius tr. pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui in fidem populo Romano dediti ab Ser. Galba in Galliam uenissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat oratio et in annalibus ipsius inclusa. Q. Fuluius Nobilior ei saepe ab eo in senatu laceratus respondit pro Galba. ipse quoque Galba, cum se damnari uideret, complexus duos filios praetextatos et Sulpici Galli filium, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur.* cf. Val. Max. VIII 7, 1. quae causa cum liti quam Scipioni de pecunia ablata restituendaque tribuni pl. intenderunt fere gemina sit, non uideo, cur Reinius iur. crim. Rom. p. 645 Libonis rogationem pro iusta accusatione habendam esse negauerit. sed Valerius Maximus VIII 1, 2, cum in eiusdem rei narratione a Liuio petita scripsit *cum . . . M. Cato ultimae senectutis oratione sua, quam in origines rettulit, subscriberet* e. q. s., subscriptorem ex posterioris aetatis more Catonem liberius uocauit, si recte Geibius iudicauit de publicis Rom. causis p. 134. ceterum et hanc orationem et quam de Rhodiensibus dixit auctor quidem originibus uidetur inseruisse, posteri (id quod in quaest. Caton. p. 17 sq. monui) seorsum edidisse ex originibus excerptas, quo fato Sallustianarum historiarum orationes seruatas esse constat. atque Sulpicianam quidem orationem Gellius in excerptarum ex originibus orationum codice legisse testari uidetur, cum dicit XIII 25 (24), 15 *Cato ex originum septimo in oratione quam contra Ser. Galbam dixit*, similiterque excerptorum e Charisii arte auctor p. 549 Keil. *Sallustius in II, cum egens alienae opis plura mala expectarem, in oratione Cottae.*

De fluuio Hibero (fr. 4) et argentifodinis Hispanis (fr. 5) supra dictum est. uerba fr. 6 Rothius libro septimo certissima coniectura tribuit Strabonis uerbis III p. 165 hisce usus, *οἷον τὸ παρὰ τοῖς Καντάβροις τοὺς ἄνδρας διδόναι ταῖς γυναιξὶ προῖκα.*

Sed praeterea quo modo res a se gestas senex libro ultimo persecutus sit, de ea re coniecturis quaerere in summa testimo-

niorum inopia inutile est. ac me quidem eā quae Festus septimo libro deprompsit (fr. 7 et 8) monerunt ut Catonem praeter res gestas morum a prisca simplicitate declinatorum censum egisse arbitrarer; quare adscripsi eiusdem argumenti uerba 9—13, quorum quod est numero 12, inlustre de carminibus conuiualibus testimonium, cum ex originibus fluxisse diserte traditum sit, quo libro potius adscribendum fuerit, equidem non uideo. mirifice enim de operis Catoniani ratione et indole falsus est Rothius, cum Catonem, Niebuhrii consilium, si dis placet, praesagientem, testimonium illud in ipso prooemio tamquam aliquod criticae artis instrumentum proposuisse coniecit. de mulierum more crines cinere rutilandi (fr. 9) Beckerus dixit Galli uol. III p. 150. Plutarchi de antiquorum *ἄνευ χιτῶνος* ambiendi instituto (fr. 11) hariolationes adscribere nihil attinebat: uide eundem Beckerum antiqu. Rom. II 2 p. 40 Galli III p. 108. de caeruleo lugubris uestis colore solum esse testem Catonem idem adfirmauit Galli III p. 284.

In fine huius commentarii oratio ad Cornelii Nepotis narrationem redit. is enim de posterioribus originum libris *in iisdem* inquit *exposuit quae in Italia Hispaniisque aut fierent aut uiderentur admiranda. in quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina.* nimirum Nepotis iudicium ad aestimationem uniuersi operis instituendam properat; qua re 'eosdem' illos libros esse uniuersos originum libros satis in aperto est. quod qui non intellegit is sane non potest non mirari, cur in libris quinto sexto septimo admiranda Italiae fuerint, quae secundo et tertio libris perscripta esse unusquisque et coniciat et rerum documentis confirmari uideat. porro quid quaeso statuamus de industria et diligentia in ultimis tantum libris laudata? nam si *in iisdem* uerba de his intellexeris, quo iure quae secuntur *in quibus* ad uniuersos rettuleris? uiderit qui eiusmodi interpretandi licentiae indulsit Bormannus. nobis satis conpertum est Italiae Hispaniaeque admiranda libris II, III, VII exposita esse. sunt autem admiranda, ut monui annal. philol. LXXIX p. 432 sq., non miracula, uerum montes fluuii bestiae, denique quaecunque in terrarum hominumque prouentu singularia ac memorabilia uidebantur esse. uelut cum 'admirandum' Varro rerum rust. II 3 esse dicit illud quod Archelaus capras non naribus sed auri-

bus spiritum ducere scripsit, item 'rem admirandam' idem ib. c. 4 suem Hispanam adeo pinguem uocauit in cuius carne exesa sorex nidum faceret. ac de talibus rebus idem Fundanio 'admiranda' scripsit librum logistoricum, de quo Ritschelius de Varr. logist. p. V et VII. sed et uocabulum et consilium a Graecis *περιηγήσεων* scriptoribus Romani didicisse uidentur. quorum qui post Alexandrum scripserunt, Theopompus Ephorus Nymphodorus Timaeus (de quibus Ebertus Siculorum dissert. I p. 168 sq. et Westermannus in praef. paradoxographorum p. IX sq. diligenter exposuerunt), *θαυμάσια* earum terrarum quas aut ipsi uidissent aut quarum fama ad sese peruenisset, studiose commenti sunt. ac Timaei quidem quantum fuerit *τοῦ τερατώδους* studium in primis ex libro *θαυμασίων ἀκουσμάτων* Aristotelis nomine falso inscriptorum discimus. quare procliuis quidem, neque uero certa suspicio oboriatur, Catonem ex Timaei similiumque scriptorum lectione 'admirandorum' cupiditatem cepisse. pertinent autem ad genus admirandorum fragmenta libri II 10, 11, 12, 16, 25, 30(?), 32(?), IIII 2(?), V 9, 15, 16, 17, VII 4, 5, 6. denique quid sit quod diligentiam atque industriam Catoni Nepos tribuerit, doctrinam negauerit, hac ipsa reliquiarum enarratione uideor mihi subinde ostendisse. nimirum Graecorum libros etiam si legerit, qua de re dubitari certe posse uidimus, continue tamen laudare aut etiam ad partes uocare noluit.

Quo legentium plausu origines exceptae fuerint, difficile est dictu. sed uideor mihi intellegere rerum scriptores etiamsi quaedam ad uerbum ex originibus transtulerint, consilium tamen auctoris laudabile illud nequaquam esse imitatos. ac uerba quidem originum iam Cassius Hemina sua fecit teste Prisciano X p. 537 Hertz., postea Coelius Antipater teste Gellio X 24. denique Sallustio id tamquam furtum obiectum esse a Lenaeo et Pollione ex Suetonio de gramm. 15 notum est. qua de re etiam uersus extant ignoti auctoris a Quintiliano VIII 3, 29 seruati,

et uerba antiqui multum furate Catonis
Crispe, Iugurthinae conditor historiae.

consilium igitur Catonis, quod in populorum moribus terrarumque situ et prouentibus describendis maxime cerni uidimus, et Dionysio et Liuio obfuit quin plura de originibus suis annalibus insererent. quare post grammaticorum studia Verrii Flacci Probi

Frontonis aetate Catoni adsidue inpensa uix quisquam origines legisse uidetur. nam Macrobius Nonius Priscianus ab exemplis priorum diligentia conlectis pendent, Ioannes Lydus et auctor de origine gentis Romanae quo numero habendi sint suis locis indicaui.

II.

DE ORATIONIBVS.

Cornelius Nepos, quem satis idoneum de originibus a sene Catone conpositis testem cognouimus, uereor ne de orationibus non satis accurate haece scripserit, *orationes* (Cato) *ab adulescentia confecit.* etiamsi enim M. Perpernae sermonibus, quibus usus est Nepos, traditum sit Catonem L. Valerii Flacci hortatu statim Romam demigrasse in foroque esse coepisse, eamque rem Plutarchus more suo prolixius atque ornatius ita persecutus sit Catonis uitae 1, *τὸν δὲ λόγον ὥσπερ δεύτερον σῶμα καὶ τῶν καλῶν οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων ὄργανον ἀνδρὶ μὴ ταπεινῶς βιωσομένῳ μηδ' ἀπράκτως ἐξηρτύετο καὶ παρεσκεύαζεν ἐν ταῖς περιοικίσι κώμαις καὶ πολιχνίοις ἑκάστοτε συνδικῶν τοῖς δεομένοις, πρῶτον μὲν ἀγωνιστὴς εἶναι δοκῶν πρόθυμος, εἶτα καὶ ῥήτωρ ἱκανός*, Drumanno tamen obtemperare nolim uitarum Rom. V p. 100 scribenti, per hiemes Catonem orationibus scribendis operam dedisse, militiam factitasse per aestates. immo quantumuis eius per annos 537, 540, 545, 547, 550, quibus grauissimis certaminibus interfuit, causas agendi studium fuerit, scribendi consilium prouectiori demum aetate ei natum esse Ciceroni crediderim, ne dicam ipsi Catoni apud Ciceronem de senect. 11, 38 anno 604 haece dicenti, *causarum inlustrium quascumque defendi nunc cum maxime conficio orationes.* a quibus Valerii Maximi uerba quamuis obscure pronuntiata non multum abhorrere uidentur, quae sunt VIII 7, 1 *Cato Graecis litteris eru-*

diri concupiuit, quam sero, inde cognoscimus quod etiam Latinas paene iam senex didicit. quare nec, si quas iuuenis orationes habuisse dicitur, eas scriptas editasque esse omnes credendum est, neque reliquiis orationum patet esse adscribenda quaecunque eum rerum scriptores siue in senatu siue pro contione siue apud iudices suasisse promulgasse egisse aut quae iocando altercando castigando per quotidianam opportunitatem aut facete aut seuere locutum esse rettulerunt. atqui Henricus Meyerus parum ille censoria legendi ac notandi seueritate usus haec omnia cum scriptarum orationum fragmentis confusa exhibuit. a quo cum dissentiendum esse uiderem, syllogen dictorum memorabilium confeci, de cuius usu ac ratione suo loco accuratius dicetur. nunc octoginta ferme orationum, quae obliuionem fugerunt reliquias, quantum in me est, explicabo. earum nouem et triginta eo ordine conposui quo aut scriptae aut habitae sunt, ita tamen, ut interdum lectorum commodo in rebus obscuris aliquid dandum censuerim (u. quae ad orationes in Thermos adnotaui); ceteras, quarum tempora certis argumentis constitui non potuerunt, ita ordinaui, ut iudicialis generis reliquias deliberatiuae sequantur.

Nullam orationem nouimus ante annum 559/195, quo anno M. Cato cum L. Valerio Flacco consul fuit, dictam scriptamue. neque enim cuiusquam nisi Meyeri testimonio debetur 'oratio de prouincialibus suis sumptibus', aut quam ille secundo loco conlocauit, 'suasio in legem populi.' nimirum quod Cato anno 556/198 praetor Sardiniam sortitus fenus coercuit, feneratores ex insula fugauit teste Liuio XXXII 27, ex ea re Turicensis editor legem qua statueretur 'quantum magistratibus socii praestarent' a Catone promulgatam ac defensam esse coniecit, cuius legis Porciae in plebis scito de Thermensibus facto col. II 16 mentionem fieri dixit. at, ut de lege taceam, de oratione aut dicta aut scripta ne uerbum quidem extat cuiusquam. porro cui corrupta Nonii uerba *in legem populi* (u. orat. LXXIIII) ille inscripsit, dictam esse uoluit in legem de prouocatione cuius ipse se auctorem profiteri uisus est his uerbis (orat. XL 7), *praeterea ... pro scapulis . . multum rei publicae profui.* ac de lege quidem ut ei concedam (quanquam hoc diiudicare non meum est), orationis apud scriptores nec uola nec uestigium. Nonii enim uerba

si non essent corrupta, ut sunt, cuilibet legi a Catone suasae adscribi posse satis adparet. tametsi Fridericus Ellendtius in historia eloquentiae Romanae p. 22 ed. alt. omnium orationum Catonis eam esse clarissimam, quae pro lege Porcia de tergo ciuium habita sit, lectori persuadere non ueretur. atque haec quidem uirorum doctorum inuenta pluribus enarraui tanquam quaedam exempla leuitatis quam passim notare neque ex re esse neque me decere uidebatur.

Sed ne consulis quidem orationem de lege Oppia inclutam scriptam editamque esse certo testimonio constare uideo. nam quae originum libro VII 9. 10 de coniectura adscripsi olim huic orationi non idonea de causa tribuebantur; deinde quae Plutarchus Catonis c. 8 Catonem *περὶ γυναικοκρατίας διαλεγόμενον* fecit, ea dictis memorabilibus 1, 2, 4 mihi inserenda erant; ac ne his quidem digna sunt quae Zonaras XI 17 p. 252 ed. Bonn. Dionem secutus Catoni tribuit argutius quam grauius concepta *κοσμείσθωσαν οὖν αἱ γυναῖκες μὴ χρυσῷ μηδὲ λίθοις ἤ τισιν ἀνθηροῖς καὶ ἀμοργίνοις ἐσθήμασιν, ἀλλὰ σωφροσύνῃ φιλανδρίᾳ φιλοτεκνίᾳ πειθοῖ μετριότητι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις τοῖς ὅπλοις τοῖς ἡμετέροις ταῖς νίκαις τοῖς τροπαίοις.* denique praeclara extat oratio a Liuio XXXIIII 1 composita. quo auctore quod ne titulum quidem orationis agmen reliquiarum ducere passus sum, scio fore qui reprehendant. uerum cum Liuius, ubicunque Catonis orationum meminit ibi fere, quoniam integrae etiam tum extarent, 'simulacrum uiri copiosi', ut ait XLV 25, annalibus inserere quasi religiosum habeat, Oppiae legis suasionem, quam uberrime exposuit, a Catone scriptam ignorasse uidetur.

Amplissimam autem et dicendi et scribendi materiam consul rebus in Hispaniis bene gestis nactus est aduersariorum odiis. extant tituli orationum, quibus hae contentiones inlustrentur, multi 'oratio quam habuit Numantiae apud equites', 'de sumptu suo', 'cum in Hispaniam proficisceretur' (?), 'de triumpho ad populum', denique 'dierum dictarum de consulatu suo', a quo indice nec 'dissertationem consulatus' (fr. 25) nec 'de consulatu' orationem a Charisio quinquiens, a Gellio semel (fr. 9) laudatam secernendam esse adparet. ac dierum quidem dictarum libris (conplu-

res enim fuisse infra dicam) ceteras quas nominaui orationes suo quamque titulo inscriptam conprehensas esse Meyeri est coniectura non spernenda. idem indicem orationis 'cum in Hispaniam proficisceretur', quam post reditum scriptam esse ex Apuleii uerbis cognoscitur, ex altero illo qui est 'de sumtu suo' supplendum esse probabiliter statuit. sed tamen Vrsini coniecturam a Meyero conprobatam nolui in Festo p. 154 M. admittere, ubi inter glossas Catonis hae sunt reliquiae — — — *maledi . . . . . . nos appellamus . . . . Hispania re . . .* conl. Paulo p. 152 *maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici.* Vrsinus igitur Festum ita restituit *maledictores dicebant antiqui quos nos appellamus maledicos. Cato cum proficisceretur in Hispaniam, remouendi maledictores.* sed etiam neglecta, ut par est, huius testimonii, quod p. 93 adscripsi, ambiguitate ad firmandum orationis titulum accedit quod similia prolixioris tituli exempla a grammaticis haec offeruntur, Catonis oratio 'cum edissertauit M. Fului censuram', Scipionis 'cum ex Africa rediit', utraque Verii Flacci auctoritate munita, C. Gracchi cum ex Sardinia rediit teste Gellio XV 12. extat praeterea Ciceronis oratio 'cum senatui gratias egit': ita enim et Bobiensia commentaria et libri optimi titulum efferunt. quodsi amplioris operis, quod fuerit 'de consulatu', partem fuisse orationem 'de sumtu' statuamus, non uno illud sed conpluribus libris editum esse necessario dicemus. extant enim Ciceronis in Verrem accusationum libri, memoratur Scipionis minoris 'in Claudium Asellum oratio quinta', Catonis 'in M.' Acilium quarta', Metelli denique Numidici in Valerium Messallam accusationis liber III. itaque quae Charisii libris, hoc est Iulii Romani excerptis, continentur quattuor et uiginti fragmenta, ea ex uno eodemque de conpluribus libro omnia superesse existimo, item ex eodem quae Verrius Flaccus Gellius Fronto Seruius exhibent, si quidem artissimo rerum narratarum uinculo cum illis coniuncta sunt. qui liber si primus fuit, facile communi omnium titulo in fronte conlocato quasi proprio nominari potuit, cum reliqui suo quisque uolumine conprehensus peculiarem inscriptionem omissa communi retinerent. at cum in coniectura haec quamuis probabili posita sint, reliquias ipsas ita exhibere inscriptas, ut grammatici inscripserunt, praestabat.

Iam uero primo illo, si recte iudicaui, de consulatu libro tam plene consul de rebus a se in Hispaniensi prouincia gestis exposuit, ut quaedam quasi finium regundorum inter orationem et septimam originem lis oriatur, cum praesertim etiam Liuius in huius anni rebus explicandis orationis uestigia presserit. sed quoniam originum libris capitulatim uidimus bella enarrari, coniecturis de hac re certare lubricum est. quare ad explicandas potius orationis reliquias accedo. atque exordio quidem, cuius prima uerba restituisse mihi uideor (1), Bolhuisii exemplo et inimicorum conuicia et Catonis cum reprehensiones eorundem (2—4) tum sui ipsius laudes (5. 6) tribui. secuntur quae de parato peractoque itinere supersunt, de quo Liuii XXXIIII 8 adscribam uerba, *M. Porcius consul, postquam abrogata lex Oppia est, extemplo uiginti quinque nauibus longis, quarum quinque sociorum erant, ad Lunae portum profectus eodem exercitu conuenire iusso et edicto per oram maritimam misso, nauibus omnis generis contractis* (fr. 6. 7) *ab Luna proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenaei* (fr. 9) *sequerentur, inde se frequenti classe ad hostis iturum. praeteruecti Ligustinos montes sinumque Gallicum* (fr. 8) *ad diem quam edixerat conuenerunt, inde Rhodam uentum et praesidium Hispanorum quod in castello erat ui deiectum. ab Rhoda secundo uento Emporias peruentum. ibi copiae omnes praeter socios nauales in terram expositae.* ab Emporitanis autem consulem comiter acceptum esse Liuius auctor est, quam rem Cato forsitan uerbis fr. 10 tetigerit. iam bellum consul Hispanis indicit (cf. 11), qui quid de nouo hoste superbientes mussitarint, significatum esse fr. 12 conicio. castra deinde tribus milibus passuum ab Emporiis posita, noui milites in hostium agros inmissi, leuibusque proeliis exercitati teste Liuio l. s. s. 13. similia his, immo eadem Cato loquitur apud Frontonem (fr. 13) 'orator idem et imperator summus.' quae uerba cum etiam ceteris orationis reliquiis prorsus conueniant, ex incertis huc transferre non dubitaui. Ilergetes teste Liuio c. 11 castella sua oppugnari conquesti sunt: ex quibus querellis Ausonius Popma uerba fr. 14 desumpta esse uidit. neque dubia sunt nocturni proelii, de quo Liuius c. 14 exposuit, uestigia in fr. 15—17, belli Turduli, quod idem 19 sqq. descripsit, in fr. 18. 19. incertiora sane uaria bellicarum rerum frustula fr. 20—25. reliquum est, ut de proelio

Thermopylensi (26) et de censura Catonis (27) accuratius quaeramus. ac Thermopylensis quidem proelii memoriam e uestigiis codicis Charisii ita scripsi, *item uti a Thermopuleis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disiect atque consedaui.* sed non solum in uerbis uerum etiam in re ipsa difficultas quaedam aut est aut uidetur inesse. uereor enim ne *tumultus ex Asia* Latine dici non possit bellum a rege Anticho ex Asia motum; quare fieri potest ut aliquis Catonem non solum M.' Acilii auspiciis anno 563/191 sed etiam L. Scipionis anno 564/190 in Asia militasse suspicetur; id quod Cicero disertis uerbis testari uidetur in oratione pro Murena 14, 31 sq. *atqui ex ueterum rerum monumentis uel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse uideo, cuius belli uictor L. Scipio . . laudem . . sibi ex Asiae nomine assumpsit. quo quidem in bello uirtus enituit egregia M. Catonis proaui tui: quo ille . . numquam cum Scipione esset profectus, si cum mulierculis bellandum arbitraretur.* in quibus illa *cum Scipione* alii auctore Ernestio pro glossemate habuerunt, alii corrigere frustra temptauerunt, defendit autem A. Wilh. Zumptius uerbis sane prolixis in nuperrima eius orationis editione p. 58 sq. scilicet Catonem, quem Thermopylensis proelii nuntium statim Romam redisse infra dicemus, inde reuerti Asiaticoque bello interesse potuisse quamuis tacente Liuio, id ne egebat quidem longa disputatione; sed quoniam Catonis uirtus in Thermopylensi proelio clare nituit, Asiaticae militiae nulla apud scriptores memoria extat, lubentius de errore Ciceronis cogitauerim non ita graui, quoniam quod M.' Acilii auspiciis susceptum est bellum insequenti statim anno a L. Scipione peractum est. censurae a Catone anno 570/184 actae memoriam in uerbis fr. 27 inesse dixi. nam qui inter consulatum et censuram Catonis censores facti sunt, P. Cornelius Scipio P. Aelius Paetus anno 555/199 et T. Quintius Flamininus M. Claudius Marcellus anno 565/189, cum alteri senatum sine ullius nota legissent teste Liuio XXXII 7, alteri quattuor solos praeterissent et in equitatu recensendo 'admodum mites' se praebuissent eodem auctore XXXVIII 28, ipse autem seueritate censoria magnam sibi inuidiam concitauisset, eos censores 'qui posthac fierent' ad priorum segnitiem redituros esse auguratus est. quae cum ita sint, adparet orationem de consulatu decem uel quinque minimum annis post consulatum esse editam.

quod etiamsi Meyerus animaduertit, quo modo explicandum sit ζητήσεων ille quam λύσεων amantior non adsecutus est. ac duae quidem huius quaestionis solutiones cogitari possunt, aut enim ipso quo consulatu abiit anno accusatus orationem quam habuit de rebus suis senex demum diligenter elaboratam rerumque quas post consulatum praeclare gessit laudibus exornatam in publicum emisit, aut quinque minimum decemue post consulatum annis accusatus est. quorum illud Ciceronis uerbis, quae initio huius capituli posui, olim defendi, alterum tamen nunc uideo aliis rebus longe ueri similius fieri. orationis enim 'de sumptu suo', quae si non pars fuit librorum de consulatu, proxima tamen causae ac temporis cognatione cum iis coniuncta est, nobili fragmento quid traditum sit diligenter attendendum est. Cato igitur codicem proferri iubet in quo scripta erat oratio eius 'de ea re quod sponsionem fecerat cum M. Cornelio.' ex ea quas recitari iubet sententias, iis non praetoris, sed consulis res prouinciam administrantis defenduntur. nam quod unus Aurelius Victor de uir. ill. 47 Catonem Sardiniam subegisse narrauit, id non accurate dictum esse satis constat. sed omnis dubitatio tollitur orationis illius uerbis hisce, *nunquam praefectos per sociorum uestrorum oppida inposiui qui eorum bona liberos diriperent.* Catonis enim opera, quem Hispaniae citerioris populi patronum sibi elegerant, P. Furius Philus anno 583/171 damnatus est inpetratumque ab senatu, ut Liuii uerbis XLIII 2 utar, *ne praefecti in oppida sua ad pecunias cogendas imponerentur.* quod senatus decretum cum oratione sua Cato respexerit, non temere conicere mihi uideor aduersariorum odia tum maxime in eum conflagrasse, cum Furiana causa acta est. atque a conpluribus Catoni diem esse dictam de consulatu suo testis est orationis titulus. quorum numero Reinius de iure crim. Rom. p. 602 cum dixit Galbam, Thermum, Furium, Pisonem fuisse, quos fontes adierit plane ignoro. a M. Cornelio sponsione sese lacessitum esse Cato in oratione de sumptu suo dixit. is tamen quis fuerit aeque ignoratur. quidam de M. Cornelio Scipione Maluginensi a. 578 praetore cogitarunt (cf. Mommsenius in Scip. elog. p. 13), de P. Scipione inepte alii, quem consuli e prouincia decedenti inimicitias parasse parum credibili narratione Cornelius Nepos Cat. 2, 2 et Plutarchus Cat. 11 prodiderunt. denique ne id qui-

dem adfirmari potest, utrum is sit contra quem 'ad populum' Catonem dixisse Festus auctor est (or. XLIV) an alius. sponsione autem siue uictus est siue uicit, orationem illam quam postea recitari, iussit in iudicio, couposuit. qua laudatis maiorum suorum de re publica meritis more maiorum, ut Cicero ait de fin. II. 22, 74, suas res a Cornelii conuiciis purgauit. quale fuerit illud ob nimios in prouincia sumptus iudicium ne coniectura quidem licet adsequi.

Ceterum orationes de consulatu licet anno 583/171 scriptae esse uideantur, reliquias nolui in re non satis certa ab iis diuellere quas a consule anno 559/195 habitas esse (editas enim dicere non audeo) argumentis certissimis euincitur. quarum altera est ea 'quam habuit Numantiae apud equites.' Numantiae consulem commoratum esse annales Liuii ignorant. equites autem illos Marquardtius enchiridii ant. Rom. III 2 p. 291 esse uoluit eos qui equo publico merentes quasi pro cohorte imperatoris consiliorum eius participes essent; Mommsenius hist. Rom. I p. 766 equitibus iam tum cum fastu quodam pedites despicientibus seuera a consule praecepta data esse statuit. quarum opinionum optio lectori relinquatur. altera est oratio 'de triumpho ad populum.' qua oratione qui consulem petendi triumphi causa usum esse dixerunt hariolati sunt. eius enim rei causa in senatu consules extra pomoerium conuocato dixisse Beckerus docet enchiridii II 2 p. 65; peracto autem triumpho eos de rebus a se gestis uerba fecisse ad populum multis exemplis constat, uelut L. Aemilii Paulli, de quo Valerius Maximus dixit V 10, 2, et P. Cornelii Scipionis, de quo Liuius XXXVI 40. talem igitur orationem 'de triumpho' et Cato inscripsit et quem item ad populum dixisse uerba a Gellio XII 9 prodita docent, Q. Metellus Numidicus.

Dubitanter denique eidem anno 559/195 orationem contra Caelium (orat. XL) tribuo. eius orationis titulum Festus siue Verrius bis hunc tradidit *Cato in Caelium si se appellauisset*, praeter Gellium ceteri *in M. Caelium* (siue *Caecilium*), Gellii librarii *si se Caelius tribunum plebis appellauisset*. at cum sese tribunum adpellare Latine dici non possit is qui tribuni nomen iniuria usurparit, ipsiusque Gellii uerbis constet *eidem Caelio tribuno plebi* a Catone uilitatem obiectam esse, Meyerus titulum sic legendum

esse uidit *si se Caelius tribunus plebis adpellasset.* unde cum *se* pronomen iam ad Catonis nomen indici adscriptum referri debeat, lubrica de adpellandi uocabulo quaestio exoritur. nam quod lexicis propagatum interpretum adsensum tulit, adpellari dici eum qui accusatione petatur, eius notionis exempla praeter Ciceronis uerba de officiis I 25, 89 nulla repperi. sunt autem haec, *omnis autem castigatio contumelia uacare debet, neque ad eius qui punit aliquem aut uerbis castigat, sed ad rei publicae utilitatem referri. cauendum est enim, ne maior poena quam culpa sit et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne adpellentur quidem.* sed haec de iusta accusatione non esse accipienda iam Io. Aug. Ernestius sensit, cum in claui sua haec uerba adscripsit 'i. e. obiurgentur.' aptius Ciceronis ad Atticum uerba XII 14, 2 adferri poterant haec, *quod scribis a Iunio te appellatum;* quae tamen, quamvis obscuram rem uarieque a iure consultis, ueluti ab Huschkio symb. Gaian. p. 86 sq., temptatam tangant, de rogato siue excitato Attico neque uero de accusato, quod etiam Wielandius uertendo secutus est, intellegenda esse satis constat. eadem uocabuli notione et heredes dicuntur adpellari et sponsores et tribuni et consules. consulem enim alterum adpellari solitum esse, ut alterius imperio intercederet, Beckerus enchiridii II 2 p. 111 idoneis testimoniis adfirmauit. quare consulem Catonem a M. Caelio trib. pl. adpellatum esse crediderim. cui coniecturae cum Mommsenius id maxime obstare me monuerit, quod qui iure intercedendi uteretur cur consulem adpellaret aegre intellegi posset, nolui ita indulgere, ut ipsas orationis reliquias consulis orationibus insererem. quanquam mihi quidem alia tituli explicandi uia non conperta est. de causae genere nihil constat. nisi cui Turicensis editor persuaserit uerbis fr. 3 Catonem dissuasisse, ne tribunus inter coloniae ciues nescio cuius scriberetur. eiusdem orationis fortasse Fronto meminit his uerbis p. 75, *legi orationem (Catonis) . . qua tribuno diem dixit*, et Plutarchus Catone c. 9 πρὸς δὲ δήμαρχον ἐν διαβολῇ τῆς φαρμακείας γενόμενον φαῦλον δὲ νόμον εἰσφέροντα e. q. s. (dict. mem. 26).

Legem fenerariam a P. Iunio latam a Catone dissuasam esse testantur Festi et Nonii uerba, quibus coniunctis Meyerus orationi recte hunc indicem inscripsit *de feneratione. legis Iuniae*

dissuasio. sed idem fallit cum legem Iuniam anno 562/192 latam esse dicit constare. constat autem hoc anno senatum de feneratione egisse plebemque sciuisse et diem feneratoribus dictam esse a M. Tuccio P. Iunio Bruto aedilibus curulibus teste Liuio XXXV 7 et 41. quae cum ita sint, sane uerisimile est Catonem hac tempestate legem Iuniam aliquam dissuasisse; quae tamen eius in hac re partes fuerint, ignoratur. Camerinos homines (fr. 1.) olim fortunatissimos malignitate feneratorum puto esse pessum datos, nimirum nomina in socios qui legibus fenebribus non tenerentur transcribentium. in hunc enim modum ante plebi scitum anni s. s. saeuitum esse Liuius auctor est.

Anno 563/191 Cato legati consularis munere fungens Thermopylensi proelio M.' Acilii auspiciis interfuit. 'legatum in prouincia' se fuisse ipse testatur (de suis uirt. 3), consentit Liuius XXXVI 17. non magna discrepantia eorum est qui tribunum militarem fuisse adfirmant, Ciceronis Plutarchi Victoris. nam legatus uocitabatur, cuicunque a superiore magistratu munus aliquod iniunctum erat: cf. Mommsenius in nuntiis act. soc. Saxon. VI p. 154. itaque tribunus pro consule legatus traiectis in Graeciam copiis, e nauibus eduxit nautas, 'arma dedit' (orat. XIII). nihil ea de re ex Liuio constat; suspicari tamen licet inter eos tribunos Catonem fuisse, qui iussu Acilii copias pedestres Larissam adduxerunt, quod Liuius breuiter narrauit XXXVI 14. non magis constat utrum ante proelium an fugato hoste 'apud Athenienses orationem habuerit. quanquam uictoriae nuntium, qui 'ingenti cursu' Crensa Patras, Patris Corcyram, inde per Aetoliae et Acarnaniae litora Hydruntum, denique Romam properarit (u. Liuius c. 21), credi uix potest Athenis commoratum de rege Antiocho uerba fecisse. ante proelium id factum esse Plutarchus auctor est Catonis uitae 12, *ἔπεμπεν οὖν πρέσβεις ὁ Μάνιος ἐπὶ τὰς πόλεις . . Κάτων δὲ Κορινθίους καὶ Πατρεῖς, ἔτι δὲ Αἰγιεῖς παρεστήσατο. πλεῖστον δὲ χρόνον ἐν Ἀθήναις διέτριψε. καὶ λέγεται μέν τις αὐτοῦ φέρεσθαι λόγος, ὃν Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν δῆμον εἶπεν, ὡς ζηλῶν τε τὴν ἀρετὴν τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων τῆς τε πόλεως διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος ἡδέως γεγονὼς θεατής. τὸ δὲ οὐκ ἀληθές ἐστιν, ἀλλὰ δι' ἑρμηνέως ἐνέτυχε τοῖς Ἀθηναίοις, δυνηθεὶς ἂν αὐτὸς εἰπεῖν, ἐμμένων δὲ τοῖς πατρίοις καὶ καταγελῶν τὰ Ἑλληνικὰ τεθαυ-*

μακότων. falsa ueris mixta esse his uerbis opinor. legatio enim Patrensis illa uereor ne Plutarcho ex itinere Patrensi in quandam quasi celebritatem excreuerit. sed nolo amplius in his aenigmatis soluendis uersari. Athenis quid exquisitum habuerit de Graecis, ad Marcum filium postea scripsit, qua de re suo loco dicetur. hanc quoque orationem a sene demum conscriptam esse consentaneum est.

Anni 564/190 memoria ad eas orationes reuocamur quarum hae fere inscriptiones apud grammaticos extant, 'contra Q. Minucium Thermum de decem hominibus', 'contra Q. Thermum de falsis pugnis', 'de Ptolemaeo minore contra Thermum', 'de suis uirtutibus contra Thermum', 'in Thermum post censuram'. quarum etiamsi duae tantum anno s. s. uindicandae sint, de ceteris autem quas post id tempus habitas esse constet iudicium fluctuet, tamen reliquias coniunctas et ordinaui et explicaui lectorum, ut supra dixi, commodo inseruiens. ac primum quidem adparet eum Thermum, contra quem de Ptolemaeo rege dictum est, non esse Quintum; Quintus enim anno 566/188 occisus, quaestio de Ptolemaeo a L. Thermo, Cn. Merula aliisque (quod infra persequar) facta est anno 600/154. Lucii igitur praenomen cum apud grammaticos nusquam seruatum sit, etiam quartae et quintae orationi utrum Quinti an Lucii nomen inscribendum sit dubitari potest. atque Q. quidem Thermus, quem et tribunum anno 553/201 et praetorem anno 558/196 M'. Acilii Glabrionis conlegam fuisse constat, rebus in Hispania prospere gestis eo ipso anno 559/195, quo Cato in Hispaniam profectus est, triumphum egit. deinde Ligures anno 561/193 prouinciam sortitus prorogato per annum insequentem imperio triumphum alterum anno 564/190 frustra petiuit. denique cum in decem legatorum numero in Asiam profectus esset, inde rediturus proelio cum Thracibus commisso periit anno 566/188. haec Liuii annalium fide nituntur. ubi cum 'strenuus uir fortisque' dicatur libro XXXVIII 41, a Catone orationibus quae sunt de decem hominibus et de falsis pugnis propter inmanem crudelitatem acerbissime exagitatus est. quae orationes utrum in senatu an apud populum habitae sint, de ea re Meyeri et Reinii opiniones in diuersas partes abire uideo. illud enim Meyerus secutus est, cum dixit

utraque oratione Catonem negandi triumphi auctorem fuisse; alterum Reinius iuris Rom. crim. p. 491 sq., qui Gellii uerbis XIII 25 (21), 12 Thermum a Catone 'accusatum' esse dicentis suus perduellionem illi dictam esse confidenter pronuntiauit. sed cum decem illi homines liberi nobilique loco nati non fuerint ciues Romani, sed Ligurum si non magistratus, quos Drumannus nominauit, at certe decem primi ex oppido aliquo ad cibaria exercitui consulari paranda euocati (de quo euocandi more legenda sunt quae Marquardtus enchiridii III 1 p. 243 et 386 adnotauit), perduellionem consuli dictam esse non crediderim. neque quod 'accusationem' factam Gellius dixit, causam apud populum actam esse arbitror. sed cum quicumque siue socii siue exteri populi a populi Romani magistratu uexarentur legatos ad senatum mittere solerent quaestionem de ea re extraordinariam siue consuli siue praetori daturum, Ligures de decem primis indicta causa necatis eo tempore in senatu conquesti esse uidentur, cum Thermus triumphum petiit. quo facto Cato quaestionis instituendae auctor idem et triumphi negandi suasor in senatu exstitit. ac de falsis quidem *pugnis*, quas Iustus Lipsius uar. lect. II 14 librariorum uitio pro falsis *poenis* inlatas esse temere coniecit, Frontonis uerba ad M. Caesarem de eloquentia (p. 84 Nieb.) haec sunt *falsa[m] pugna[m] deferre militare flagitium.* cuius 'flagitii' neque Catonis interpretes nec rei militaris scriptores meminisse inuenio. de trucidatione autem decem hominum num quaestio facta sit ignoramus. ab laceris orationis de X hominibus fragmentis 4 et 5 manum abstinere quam hariolari malui. nam quod C. O. Müllero eiusque adseclis placuit legis actionem per sacramentum fr. 4 significari, id multis in tali causa dubitationibus obnoxium est. hoc tamen silentio non praeteribo, rogandi sacramento exemplum uideri a Festo e Catone petitum esse, neque habere quo se defendant eos qui coniunctis his uerbis *[sacrame]nto traderentur* decem homines ad sacramentum nimirum de cibariis curatis dicendum siue adigi debuisse siue adactos esse a consule contendant. neque enim aut Latine hoc aut etiam rei ipsi conuenienter esset dictum. superest ut Festi uerba p. 177, in quibus ne nomen quidem Catonis seruatum est, ex Vrsini opinatione orationi de X hominibus uulgo adscripta commemorem

Narnensis . . . .

nis ueteri . . . .
uersus X . . . .

unde Paulus p. 176 *Nequinates Narnienses* excerpsit. Vrsinus igitur scripsit *Cato in ea ad Thermum de X hominibus*, Müllerus *in Q. Therm. de X.* mihi ea coniectura ab ueri specie ita abhorrere uisa est, ut Festi uerba ne dubiae quidem auctoritatis reliquiis adscriberem.

Contra L. Thermum de Ptolemaeo minore aut anno 600/154 aut post eum dictum esse Polybii uerba XXXIII 5 ostendunt, *κατὰ τοὺς καιρούς, καθ' οὓς ἐξέπεμψεν ἡ σύγκλητος τὸν Ὀπίμιον* (Q. Opimium dicit anni s. s. consulem) *ἐπὶ τὸν τῶν Ὀξυβίων πόλεμον, ἧκε Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ παρελθὼν ἐς τὴν σύγκλητον ἐποιεῖτο κατηγορίαν τοῦ ἀδελφοῦ, φέρων τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιβουλῆς ἐπ' ἐκεῖνον. ἅμα δὲ τὰς ἐκ τῶν τραυμάτων οὐλὰς ὑπὸ τὴν ὄψιν δεικνύς, καὶ τὴν λοιπὴν δεινολογίαν ἀκόλουθον τούτοις διατιθέμενος ἐξεκαλεῖτο τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἔλεον. ἧκον δὲ καὶ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου πέσβεις οἱ περὶ τὸν Νεολαΐδαν καὶ Ἀνδρόμαχον ἀπολογούμενοι πρὸς τὰς παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ γενομένας κατηγορίας. ὧν ἡ σύγκλητος οὐδ' ἀνέχεσθαι δικαιολογουμένων ἠβουλήθη, προκατειλημμένη ταῖς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου διαβολαῖς, ἀλλὰ τούτοις μὲν ἐπανάγειν ἐκ τῆς Ῥώμης προσέταξεν ἐξ αὐτῆς. τῷ δὲ νεωτέρῳ πέντε πρεσβευτὰς καταστήσασα τοὺς περὶ Γναῖον Μερόλαν καὶ Λεύκιον Θέρμον, καὶ πεντήρη δοῦσα τῶν πρεσβευτῶν ἑκάστῳ, τούτοις μὲν παρήγγειλε κατάγειν Πτολεμαῖον εἰς Κύπρον, τοῖς δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίαν συμμάχοις ἔγραψαν ἐξεῖναι συμπράττειν τῷ Πτολεμαίῳ τὰ κατὰ τὴν κάθοδον.* legati igitur munere L. Thermus ita functus est, ut contra regem 'optimum atque beneficissimum' (fr. 4) 'scelera nefaria pecuniae causa' (fr. 1) fecisse Catoni uideretur. utrum 'supplicium pro factis dederit' (fr. 1) necne non conpertum habemus. oratio contra peculatus reum apud populum habita esse uidetur. ceterum cum hanc feci inscriptionem, 'de Ptolemaeo minore contra [L.] Thermum. siue de Thermi quaestione,' nolui uariatae a grammaticis inscriptionis uestigia a Prisciano (u. fr. 2) seruata prorsus delere. eiusdem grammatici liber Parisinus s. VIII scriptus (fr. 4) haec habet, *contra quae Thermum*,

hoc est *contra 9; Thermum*. neque enim Hertzius de hac erroris origine propter Lucium dubitare debebat, quoniam sublata huius praenominis ex orationum in Thermos exemplaribus memoria, facile Quintum librarii aliunde sibi notum adscribere poterant.

Reliquum est, ut de orationibus 'in Thermum de uirtutibus suis' et 'post censuram' habitis dicam. quarum alteram post annum 565/189 habitam esse fr. 3 uerbis docemur. M. enim Fulnius Nobilior consul Ambracia eo anno oppugnata Aetolis pacem dedit, non sine Catonis, quam infra exponam, cauillatione. altera post a. 570/184 habita est, si tituli uerba ita interpreteris, ut Cato post censurae suae annum se contra Thermum dixisse testatus sit, sin uero, de qua re dubito, *post censuram* uerba pro iis quae sunt siue *censu peracto* siue *nota addita* Latine dici posse arbitreris, ipso quem dixi anno est habita. iam cum Quintus Thermus anno 565/189 in Asiam profectus sit, occubuerit anno 566/188, alteram orationem certo constat dictam non esse contra Quintum, neutram autem contra eum dictam esse ueri est simile. quare in Lucium has quoque orationes editas esse conieci. neque enim aut Meyerum de altero quodam Quinto Thermo temere cogitantem probare possum, aut Brillenburgium de Catone diss. p. 74, qui unam 'de uirtutibus suis post censuram' orationem uarie a grammaticis nec accurate nominari censuit. Maiansii uero opinionem ea uerba, quae Isidorus ex oratione 'de innocentia sua' attulit, orationi 'de uirtutibus suis' inserenda esse arbitrantis, eam opinionem ita incertam esse indicani, ut dubium hunc titulum separatim (or. LVI) exhibere maluerim. denique cur incertae sedis reliquias bifariam diuisas p. 42 et 45 adscripserim cum nemini nisi cui certa cum incertis in promiscuo habere lubet dubium esse possit, simul manifesto adparet non potuisse harum orationum fragmenta ob temporum diuersitatem diuersas in partis distrahi.

Orationes in M'. Acilium minimum quattuor, siue orationum libros quos supra diximus ad annum 565/189, quo et Acilius et Cato censuram inter multos et claros uires petierunt pertinere constat. nam cum M'. Acilio tribuni plebis diem dicerent *quod pecuniae regiae praedaeque aliquantum captae in Antiochi castris neque in triumpho tulisset neque in aerarium rettulisset*

(ita enim Liuius scribit XXXVII 57), testis extitit Cato, negans, quae uasa aurea atque argentea captis castris inter aliam praedam regiam uidisset, ea in triumpho sese uidisse. ob quod 'periurium intestabile' (ita enim legati inpietatem Liuius nominat) M'. Acilius a petitione destitit. de centum milium multa ter certatum, denique nec populus de ea suffragium ferre uoluit, et tribuni negotio destiterunt. Catonis orationes in M'. Acilium quotquot editae sunt habitas esse non crediderim; immo Philippicarum orationum exemplo uerbisque Ciceronis, quae initio huius capituli commemoraui, moueor, ut senem Catonem scribendo in aduersarium multa adiecisse iis quae dixit coniciam. quartam num aut habuerit aut finxerit habitam tum, cum contra consulem apud populum pro testimonio diceret, non diiudico. sed quod Brillenburgius de Catone p. 31 et si qui sunt alii Catonem tribunorum accusationi subscripsisse dixit, id ne Valerii Maximi quidem uerbis VIII 1, 2 Catonem Libonis contra Ser. Galbam subscriptorem uocantis commendari posse in VII originum adnotauimus.

Eodem anno 565/189 M. Fuluio Nobiliori Aetolia sorte euenit. huic se legatum esse Cato ea oratione testatus est, quam de suis uirtutibus contra Thermum scripsit, fr. 3 *propterea quod ex Aetolia conplures uenerant, Aetolos pacem uelle. de ea re oratores Romam profectos.* uenerant autem Romam, postquam Ambracia deditione capta est, teste Liuio XXXVIII 10. sed anno 567/187, teste eodem ib. 43 sq., cum Aetoli de simulacris deum Fuluii saeuitia direptis Romae quererentur, M. Aemilio consule referente senatus consultum factum est, ut Ambraciensibus suae res redderentur; adiectum alterum per infrequentiam *Ambraciam non uideri ui captam esse.* hanc rem Cato tetigit oratione contra M. Fuluium (fr. 1), eidemque obiecit (fr. 2), quod Ennium poëtam in prouinciam duxisset. ac de Ambraciae quidem deditione poëta sane magnificentius sensit, qui eam *per se magnificam insigni laude celebrauit.* quae uerba Victoris de ill. uir. 52, 3 nescio an potius ad carmen Ambraciae nomine insignitum quam ad annalem XV, cui Vahlenius ea tribuit qu. Enn. p. LXXXI, pertineant. sed has inimicitias quo anno Cato oratione inlustrauerit mihi minus quam Meyero compertum est. nam etiam Fuluio Catonem ut Q. Thermo triumphi negandi auctorem fuisse, cum M.

Aemilium uoluisse certe contra dicere Liuius dicat XXXIX 4, coniectura est leuissima. mihi igitur conparanti uerba fr. 1 cum senatus consulto s. s. Reinii sententia de iure crim. Rom. p. 602 non sine ueri specie proposita esse uidetur, Catonem M. Fuluio ob rem in prouincia male gestam inde reuerso diem dixisse. contra eundem habuit orationem alteram, qua etiam censuram eius edissertando reprehendit. utrum in Quinti an in Marci Nobilioris, quos pariter uexauit teste Liuio periocha XLVIII, nomine luserit *παρονομασίᾳ* ea quam inter dicta rettuli n. 66, non liquet.

Sequitur oratio de pecunia regis Antiochi anno 567/187 habita. quanquam in celeberrima hac Scipionum causa nec de temporum rationibus neque de actionum generibus inter omnes scriptores constare dudum animaduersum est (u. Rein. l. s. s. p. 480), de integro hunc locum tractare nec meum esse nec in orationem Catonis multum conferre opinor. itaque satis habeo Petilliorum tribunorum rogationem in L. Scipionem Asiagenum Liuii uerbis XXXVIII 54 adscribere, *uelitis iubeatis Quirites quae pecunia capta ablata coacta ab rege Antiocho est quique sub imperio eius fuerunt quod eius in publicum relatum non est, ut de ea re Ser. Sulpicius praetor urb. ad senatum referat, quem eam rem uelit senatus quaerere de iis qui praetores nunc sunt.* factum hoc esse anno 567 praetoris nomine, quod Liuius c. 42 et XXXIX 5 attulit, confirmatur. *M. Cato suasit rogationem, — extat oratio eius de pecunia regis Antiochi —, et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne aduersarentur rogationi. remittentibus ergo his intercessionem omnes tribus uti rogassent iusserunt.* haec enim Liuii uerba sunt l. s. s.

De coniuratione orationem Cato habuit anno 568/186. nam Bacanaliorum, de quibus hoc anno ex senatus consulto quaesitum est, coniuratio est etiam a Liuio XXXIX 15 et 16 hoc uocabulo nominata. senatoria esse haec oratio uidetur. neque uero plus una in hanc rem oratione Catonem usum esse aut Liuius aut Festus u. probrum testatus est, ut Fischerus uoluit annal. R. p. 106.

Censoriarum orationum anno 570/168 habitarum numerus a Meyero iniuria auctus est. scilicet in omnes eum quos aut senatorio loco mouit aut quibus equum ademit orationes acerbas editas esse sibi persuasit. atqui Liuius XXXIX 42 longe mode-

stius his uerbis usus est, *patrum memoria institutum fertur ut censores motis senatu adscriberent notas. Catonis et aliae quidem acerbae orationes extant in eos, quos aut senatorio loco mouit aut quibus equos ademit, longe grauissima in L. Quinctium oratio est, qua si accusator ante notam, non censor post notam usus esset, retinere L. Quinctium in senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset.* in quibus uerbis interpretes primum quaesiuerunt quid sit quod, cum notarum causas subscribendi mos antiquissimus sit, non maiorum sed patrum memoria institutus dicatur. neque enim in promiscuo utramque locutionem haberi solere. quibus ambagibus Iarckius poenalis censorum iuris p. 62 sq. infelicissime conatus est sese expedire Liuii uerba in hanc sententiam interpretando, *aus Rücksicht auf die Senatoren wurde die Einrichtung gemacht.* ac mihi quidem patrum Catonis aetate illud institutum esse Liuius et legisse et testari uidetur, cum dici uideo similia de Perseo rege a L. Paulo in triumpho ducto quae leguntur XLV 7 *non alias ad ullum spectaculum tanta multitudo occurrit. patrum aetate Syphax rex captus in castra Romana adductus est* e. q. s. sed de oratione Catonis contra L. Flamininum habita accuratius dicendum est. itaque Plutarchi Cat. 17 Flamin. 19 et Ciceronis de senect. 12, 42 uerba orationis reliquiis integra non adscripsi, quod Liuium ipsa Catonis oratione usum esse, hos parum accurate de ea retulisse in aperto est. primum enim quem Cato a Flaminino occisum esse dixit Boium transfugam, eum Cicero *aliquem eorum qui in uinculis essent damnati rei capitalis* quique ab eo pendet Plutarchus ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτων uoluerunt esse. deinde uero ex fr. 2 uerbis sequitur, ut Catonis oratio sit habita in ipso senatus legendi negotio, antequam notae causa in tabulis subscriberetur. quare Plutarchus cum haec scripsit Cat. l. c. ἐκβληθέντος οὖν τοῦ Λευκίου τῆς βουλῆς ὑπὸ τοῦ Κάτωνος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βαρέως φέρων ἐπὶ τὸν δῆμον κατέφευγε καὶ τὴν αἰτίαν ἐκέλευε εἰπεῖν τὸν Κάτωνα τῆς ἐκβολῆς· εἰπόντος δὲ καὶ διηγησαμένου τὸ συμπόσιον ἐπεχείρει μὲν ὁ Λεύκιος ἀρνεῖσθαι· προκαλουμένου δὲ τοῦ Κάτωνος εἰς ὁρισμὸν ἀνεδύετο. καὶ τότε μὲν ἄξια παθεῖν κατεγνώσθη (similiter disseruit in uita Flaminini), ueris falsa miscuisse putandus est. licet enim et accusandi apud censorem et causam dicendi

mos luculentis exemplis conprobatus sit (u. quae Beckerus enchiridii II 2 p. 211 sq. adnotauit), praeterito tamen notaque adfetco ad populum confugiendi siue adpellandi ius fuisse utique negandum est. quod cum Beckerus l. c. p. 226 recte animaduertit, Plutarcho ne ita quidem obtemperare debebat, ut notae causam apud populum a Catone explicatam esse concederet. quare ea est uerborum Liuii orationem a censore *post notam* habitam esse uis ac sententia, ut, cum L. Flamininus a censore praeteritus statim obloqueretur, negans tam nefarium a sese facinus commissum esse, censor sponsionis ei condicione lata causam notae uberiore oratione exponeret. nisi tamen hanc quoque orationem et retractatam et editam esse extremo uitae eius tempore statuendum sit. sed ad Meyerum reuertor. orationis igitur in L. Scipionem, cui ademptus est equus publicus Liuio Plutarcho Cat. 18 Victore de uir. ill. 53 testibus, nulla extat memoria: nam quae est *oratio contra Cornelium apud populum* (Or. XLIV) eam ad iudiciale genus pertinere satis constat. nulla est in Nasicam oratio, quam ille Ciceronis uerbis de oratore II 64, 260 hisce elicuit, *ridicule etiam illud L. Nasica censori Catoni, cum ille, ex tui animi sententia tu uxorem habes? non mehercule, inquit ex mei animi sententia.* quae uerba ne dictis quidem Catonis adscribere licuit; Nasicae enim est dictum, Catonis nihil nisi usitata censorum interrogatio. nulla denique in Manilium senatu motum, de quo Catonis uerba a Plutarcho Cat. 17 tradita ad dicta (n. 38) pertinere infra adparebit. itaque uestigia orationum in eos quos aut senatu aut ordine equestri mouit praeter L. Flamininum supersunt in L. Furium, in L. Veturium, de moribus Claudii Neronis.

Veturianae orationis inscriptionem grammatici tradiderunt his uerbis conceptam *in L. Veturium de sacrificio commisso*, semel *de sacrilegio commisso* Festus, cuius errorem notauit Meyerus. qui tamen cum uerba illa interpretatur *über die dem Veturius anvertrauten sacra*, non minus rei quam Latini sermonis ignorantia peccauit. quid enim? duplex causa fuit cur equum Veturio Censor adimeret, primum quod nimia pinguitudine ad faciendum equitis munus minus idoneus esset (cf. dict. mem. 21 et fr. 7), deinde quod *sacra solemnia stata capite sancta* deseruisset (fr. 2). id autem dici 'sacrificium committere' non

ita est a Latinitate abhorrens quam interpretibus uisum est, quorum alii 'sacrilegium' alii 'omissum sacrificium' falso intulerunt. 'poenam' enim siue 'multam committere' dicitur is qui committit facinus multae siue poenae obnoxium; *sacrum commissum* quid sit e Ciceronis II de legibus 9, 21 cognosci potest, qui *sacrum* inquit *commissum quod neque expiari poterit impie commissum esto.* hinc patet, aut uitiose scriptum fuisse in orationis exemplaribus quibus grammatici utebantur sacrificium pro sacro (sacrum enim committere dici potest is qui deserit stata sacra), aut dici posse sacrificium committere qui sacra deserendo sacrum committit; utrum sit uerum in medio relinquo: res utrobique eadem, falsa Meyeri interpretatio. sacra illa sunt familiaria aut gentilicia quae in *sacrario* (fr. 3) fieri solita uidentur. Paulus enim ait L. 9, 2 D. de diuis. rer. (I, 8), *sacrarium est locus in quo sacra reponuntur, quod etiam in aedificio priuato esse potest.* Aelius Gallus apud Festum p. 321 quod publice consecratum sit sacrum esse dicit, *quod autem priuati suae religionis causa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non existimare sacrum. at si qua sacra priuata suscepta sunt, quae ex instituto pontificum stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari tamquam sacrificium* haec igitur sunt sacra priuata, sacrificia potius dicenda, in sacrario a Veturio non rite obseruata. ad ea spectat *aqua Anien* (fr. 3), *mensis Octobris* (fr. 4) de quibus hariolari nolo. addidi praeterea frustulum cui in libris Nonianis uerba *de letorio* (in deterioribus *in deletorio*) inscripta sunt. est quidem nomen *Laetorii*, quod in priore editione Meyerus adsciuit, bonum, est etiam non absurda Maiansii emendatio ad XXX Ict. fr. p. 35 *de L. Turio;* leniore tamen manu, addita una literula, corrigo DE L. VETORIO siue VETVRIO ex corrupto DELETORIO; *de L. Veturio* etiam Festus (fr. 2) orationem laudauit. eidem orationi inserui uerba ea quae *pro Veturio* dicta Nonius profert: facile enim *de* et *pro* commutari poterant. Meyerus post uarias dubitationes inseruit C. Cottae orationi pro Cn. Veturio, memoratae semel a Charisio II p. 220 Keil.

Sequitur F u r i a n a oratio, cui in excerptis Iulii Romani hic fuit index *in L. Furium de multa*, in aliis exemplaribus, ut patet ex Seruio et Festo (fr. 5, 6), *in Furium de aqua.* unde conicio

hanc quoque inscriptionem a grammaticis ampliatam esse. conplures in L. Furium orationes fuisse olim persuaserat Charisii liber Neapolitanus, in quo est semel (fr. 1) *Cato in I in Furium de multa.* sed Henrici Keilii de integritate numeri dubitationem excerptorum scriptura confirmauit, de qua u. annotatio critica. L. Furium Purpurionem, qui cum ceteris Catonis aduersariis censuram a. 570 petiuerat, a Catone multatum esse non inprobabili coniectura homines docti suspicati sunt. sed uideamus de causa quid conpertum sit. Liuii sunt uerba de censorum Catonis et Fului decretis haec, *aquam publicam omnem in priuatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt.* scilicet apud ueteres *omnis aqua,* ut ait Frontinus de aquis u. Romae II 94, *in usus publicos erogabatur et cautum ita fuit, 'ne quis priuatus aliam [aquam] ducat quam quae ex lacu humum accidit'. . . . et haec ipsa non in alium usum quam in balnearum aut fullonicarum dabatur, eratque uectigalis statuta mercede quae in publicum penderetur.* itaque si quis aquam a publicanis (*salinatores aerarios* eos Cato dicere uidetur fr. 5) non redemisset, sed deriuasset in suum agrum, in eum animaduersum est sine negotio a senatu praetori dato ut 'uindicaret' (cf. fr. 6) aquam publicam, quod factum esse anno u. c. 608 Frontinus auctor est libro I 7, siue multa a censoribus dicta. *agri uero,* ut ait idem libro II 97, *qui aqua publica contra legem essent inrigati publicabantur.* quae cum ita sint, censor Lucium Furium uidetur in senatu legendo praeteriisse ob eam rem, quod contra legem aquam publicam in priuatum aedificium deriuasset. ademit aquam multamque insuper ei dixit. orationem censoriam 'de multa siue de aqua [publica deriuata]' habuisse uidetur in senatu.

De moribus Claudii Neronis a Catone in censura dictum esse Weberus probabili coniectura statuit Cat. mai. p. 33. neque uero constat quis fuerit iste Claudius. nam qui eum Ti. Claudium Neronem Tiberii cos. a. 552 filium esse suspicati sunt praeter nomen nihil quo se defendant habent. causa notae aeque ignoratur. praeterea censor teste Cornelio Nepote Cat. 2, 3 *multas res nouas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur, quae iam tum incipiebat pullulare.* quas res tralaticio edicto addiderit distinctius Liuius narrauit XXXIX 44 (a quo Plutarchus sua desumpsit c. 17 et Victor 57, 6), *ornamenta et uestem muliebrem*

et uehicula quae pluris quam quindecim milium aeris essent [deciens pluris] (haec enim uerba Huschkius addidit) *in censum referre iuratores iussi* (*iussit* enim, quod est in codicibus, ferri non posse Kreyssigius uidit: cf. Beckerus II 2 p. 202). de his rebus ad populum censor disseruit, orationem 'de uestitu et uehiculis' edidit. fortasse ea quae cens. or. inc. 1 adscripsi eadem oratione continebantur. alteram de luxuria reprimenda orationem Meyerus esse uoluit orationem 'de signis et tabulis' (or. LXXII). in qua re iniuria fortasse ab eo dissensi. nam cum nulla ille argumenta, quae quidem idonea sint, protulerit, posse autem indicis uerba etiam de signis et tabulis a Fuluio Nobiliore Ambraciae ereptis intellegi uideantur (cf. Victor de uir. ill. 52, 2), incerti temporis orationibus eam adscribere malui. sed dum haec prolegomena retracto, in Coelii ad Ciceronem epistulae (VIII 14, 4) uerba in tempore incidi haece, *scis Appium censorem hic ostenta facere? de signis et tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere?* quare Catonem quoque apud populum de signis tabulisque censoria seueritate egisse facile concedo. de Catonis operibus praeterea Liuii uerba l. s. s. haec sunt, *et separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et uiam per Formianum montem, Cato atria duo Maenium et Titium in lautumiis et quattuor tabernas in publicum emit basilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata est. et uectigalia summis pretiis, ultro tributa infirmis locauerunt. quas locationes cum senatus precibus et lacrimis publicanorum uictus induci et de integro locari iussisset, censores edicto summotis ab hasta qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulum imminutis pretiis locauerunt.* haec autem duabus orationibus 'uti basilica aedificetur' et 'ad litis censorias' confirmantur. de basilica, de qua cf. Beckerus ench. I p. 296, in senatu dixisse uidetur, qui pecuniam in eam rem attribueret. de altera Plutarchus Liuio certiora tradidit, cum Catonis c. 19 dixit τοὺς περὶ τὸν Τίτον in senatu ut locationes inducerentur effecisse, tribunos autem multam Catoni apud populum inrogasse. haec enim sunt uerba eius, *τῶν δὲ δημάρχων τοὺς θρασυτάτους παρώξυναν ἐν τῷ δήμῳ προσκαλέσασθαι Κάτωνα καὶ ζημιῶσαι δυσὶ ταλάντοις.* quae siue a Polybio, de quo multa transtulit, siue ab alio auctore profecta sunt, iis

contentionibus plane gemina sunt, de quibus Liuius anno 585/169 libro XLIII 16 rettulit. nam tribuni eo anno de inducenda censorum locatione ad populum tulerunt perduellionemque insuper indicauerunt. sed de integritate tituli qui est *ad litis censorias* dubitauerim. quod proposui *ob litis censorias*, ne id quidem mihi satis facere confiteor. lustri condendi ultimum censoribus negotium fuisse constat; extat orationis 'de lustri sui felicitate' inscriptio. nouem igitur aut decem orationum censoriarum uestigia satis certa superesse uidimus; quinque et uiginti Meyerus conduxit. quarum partem iam damnaui, reliquas infra suo loco in trancursu tangam.

Leges Baebias duas cognouimus, alteram qua sanctum erat ut alternis annis quaterni praetores crearentur, anno 574/180 post multos annos primum obseruatam (teste Liuio XL 44 coll. Beckero ench. II 2 p. 184), alteram Corneliam Baebiam de ambitu latam anno 573/181, quam ex auctoritate senatus a P. Cornelio Cethego M. Baebio Tamphilo cos. ad populum latam esse Liuius auctor est XL 19. iam cum dubitari possit, utri legi Cato oratione 'ne lex Baebia derogaretur' patrocinatus sit, etsi legem de ambitu a Catone aliquando a derogandi temptamine defensam esse existimem, nolui tamen orationis quae 'de ambitu' fertur inscriptionem cum priore coniungere. nam quae de pecunia extant uerba de lege Baebia fr. 2, ad quae Reinius iuris crim. Rom. p. 708 prouocauit, ea a mendi suspicione non ita libera sunt, ut quicquam inde de orationis argumento colligi possit. nam cum lemma Nonianum sit *largi pro largire*, dubitari potest, utrum omnia exempla ad imperatiuum modum pertineant, an ultimum ad uerbi nescio quo tempore positi formam actiuam. ego literarum ductus secutus hoc statui. illud si quis necessarium ducat, fortasse scribat *pecuniam largi uoluis*. itaque has quoque orationes non magis certo testimonio adiutus quam probabilitati consulens ad annum 573/181 rettuli.

Post annum u. 573/181 habita est oratio 'ne de lege Orchia derogaretur'. eo enim anno teste Macrobio sat. II 13 C. Orchius trib. pl. legem sumptuariam de numero conuiuarum tulit. Festi uerba haec *Cato in ea qua legem Orchiam dissuadet* male sana esse omissa derogandi notione Ellendtius animaduertit. quare rectius dissuasio quam suasio orationi inscribitur. sed haec sunt

quae de oratione adfirmare ausim. Meyerus sane suum ceteris inuentum praestare dixit, in censura Catonem anno 570/184 suasisse eam legem quae lata est anno 573/181. eorum quoque sententiam inprobo, qui Catonem anno 593/161, cum Fannia lex rogata esset, dissuasisse statuunt ne Orchia derogaretur. neque enim aut tradunt scriptores aut ueri simile est iis qui Fanniam legem ferrent displicuisse Orchiam. nimirum hac de numero conuiuarum cautum erat, illa iam ad pecuniae in singulas cenas sumendae modum coercendum progrediebantur. denique quae uerba ex oratione Festus ita scripta exhibet *qui antea obsonitauere postea centenis obsonitauere* certam emendationem expectant. Fannia lege centeni aeris singulis diebus in cenam concedebantur teste Gellio II 24, 3. itaque qui *postea centenis obsonitauere* dici uidentur post legem Fanniam homines. quodsi sana haec sunt, oratio post Fanniam legem habita uidetur. sed neque hoc mihi constat neque de iis qui *antea obsonitauerint* siue 'denis', ut uoluit Augustinus, siue alio aeris modo.

'De re militari Histriae' dictum uidetur a Catone in senatu anno 573/181 uel 576/178, quibus annis 'lenibus pugnis' ac parum feliciter cum Istris pugnatum esse constat Liuio auctore XL 26, XLI 10 11. cf. Mommsenius h. R. I p. 790.

Fuluii Nobilioris censuram anno 575/179 actam fortasse ipso hoc anno ad populum Cato edissertauit.

Anno 583/171 *consules ex senatus consulto ad populum tulerunt ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed consulum praetorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque esset.* haec Liui uerba e libro XLII 31 recte Turicensis editor rettulit ad Catonis orationem 'de tribunis militum'. utrum in senatu dicta sit an pro contione diiudicari nequit.

Eodem anno 583/171 legatis Hispaniarum, qui de pecuniis captis in senatu conquesti sunt, a L. Canuleio praetore in singulos a quibus pecuniam repeterent, quini recuperatores dati sunt. patronos nominauerunt citerioris Hispaniae populi M. Catonem et P. Scipionem, iidem ad recuperatores adduxerunt P. Furium Philum. is grauissimis criminibus accusatus ampliatusque, cum de integro causa dicenda esset, excusatus Praeneste in exilium secessit. senatus consultum deinde illud factum, de quo supra p. LXVIII diximus, *ne frumenti aestimationem magistratus Ro-*

manus haberet e. q. s. haec. fere habet Liuius libro XLIII 2. itaque in P. Furium repetundarum reum (cf. Reinius iur. crim. p. 643 sq.) *pro Hispanis* Cato dixit apud recuperatores. Charisii uerba sunt haec, *Cato pro Hispanis de frumento* e. q. s. uerba *de frumento* neque Catonis sunt, ut uolunt plerique, neque ad inscriptionem pertinent, sed a grammatico adiecta, ut adpareret, quid esset id quod 'siue bona siue mala gratia' caperetur.

Anno 585/169 teste Cicerone de sen. 5, 14 Cato sexaginta quinque annos natus *legem Voconiam magna uoce et bonis lateribus suasit.* neque enim periochae Liuianae XLI, qua longe priori tempori ea lex tribuitur, nunc fides habetur. de ipsa lege, quam et Sauinius anno 1821 inlustrauit et alii multi, periochae uerba adscribere satis habeo, *Q. Voconius Saxa trib. pl. legem tulit ne quis heredem mulierem institueret. suasit legem M. Cato. extat oratio eius.*

Anno 587/167 orationes 'pro Rhodiensibus' (de qua in quintum originum librum dictum est) et 'de liberanda Macedonia' habitae sunt. sane huius quoque orationis in senatu dictae memoria in annalibus Liuianis oblitterata est, nisi forte ipsa haec uerba sententiam Catonis referre putaueris, quae sunt XLV 18 *omnium primum liberos esse placebat Macedonas atque Illyricos, ut omnibus gentibus adpareret arma populi Romani non liberis seruitutem, sed contra seruientibus libertatem adferre, ut et in libertate gentes quae essent tutam eam sibi perpetuamque sub tutela populi Romani esse, et quae sub regibus uiuerent et in praesens tempus mitiores eos iustioresque respectu populi Romani habere se, et si quando bellum cum populo Romano regibus fuisset, suis exitum eius uictoriam Romanis, sibi libertatem adlaturum crederent.* de libertatis Macedoniae formula u. Marquardtius enchiridii III 1 p. 115.

Post annum 587 usque ad a. 602/152 Catonis aut studium orandi suadendique cessauit aut casu factum est ut orationum uestigia nulla extent. nam orationem de rege Attalo anno 596/158 tribui non posse infra adparebit. sed quae anno 601 uulgo adscribitur oratio contra C. Cassium, ne hanc quidem in orationibus certi temporis retinui. haec est enim Meyeri, et si qui alii in hanc sententiam concesserunt, argumentatio: nimirum ultimam causam Catonem egisse sex et octoginta annos natum Plutarchus

auctor est Cat. 15; quod cum in annum 601/153 incidat (perperam enim Plutarchus et Liuius Catonis uitam ad nonagesimum annum a natali 515/239 produxerunt), praecedentis autem anni censores sint M. Valerius Mesalla C. Cassius Longinus, non posse dubitari quin Cato anno 601 contra censorem C. Cassium causam dixerit. sed primum nego orationem a Plutarcho memoratam necessario eam esse quam contra Cassium dictam grammatici laudarunt; deinde ne orationis quidem fragmentum est illud *μνημονευόμενον*, a Valerio Maximo Aemilio Scauro tributum (u. dicta mem. 35). quae cum ita sint, nec de anno quo Cato contra Cassium dixerit, constare adparet, neque si certa sequaris de ipso C. Cassio.

Orationis 'de Achaeis' anno 603/151 habitae reliquiis detraxi ea quae Plutarchus (u. dicta mem. 17) lepide narrauit. quorum partem a Catone scribi non potuisse cuiuis in oculos incurrat, cetera quippe a Plutarcho relata non satis certam auctoritatem habent.

Legem *quae uetabat quemquam iterum consulem fieri* (periochae Liuianae LVI uerba sunt) anno 602/152, quo M. Marcellus tertium consul factus est, suasam esse Mommsenius hist. Rom. II p. 67 sq. (adnot.) demonstrauit.

De Carthagine delenda Catonem in senatu iam anno 600/154 obloquente P. Nasica sententiam dixisse testatur Liuii periocha XLVIII. sed quae scripta editaque sit 'de bello Carthaginiensi', unius superesse orationis inscriptionem Fischerus annal. p. 125 recte dicit. quare sententias in senatu dictas nec scriptas dictis mem. 17 adscripsi. eidem orationi Meyerus exemplum ab auctore rhetoricorum ad Herennium IIII 14 et Quintiliano IX 3, 31 positum adscribendum esse coniecit. sed neque sermonis genus tenue illud atque inane id patitur neque rhetoricorum scriptoris consilium exemplorum suorum plerumque inuentoris. longe probabilius Iulii Victoris illud p. 234 Or. huc pertinere dixerim, quo enthymematis figuram inlustrauit, *quale est hoc, Karthaginienses uobis iam hostes sunt. nam qui omnia parat contra me, ut quo tempore uelit bellum possit inferre, hic iam mihi hostis est, tametsi nondum armis agat.* quae si non sunt Catonis mire tamen sententiae eius conueniunt.

De oratione contra Ser. Galbam de Lusitanis anno

605/148 habita in septimum originum librum dictum est. quo libro alteram 'apud milites contra Galbam' inclusam fuisse nullo testimonio constat. de hac adscribere satis habeo quae Mommsenius in libri Meyeriani margine adnotauit, 'uidentur milites quos Galba secum habuit in Lusitania conuenisse consulturi, an ei suffragarentur; cf. Liu. XLV 37, 8.' ceterum cf. quae in or. pro Caesetio (LII) adnotaui.

De reliquis orationibus, quarum tempora et causas mihi indagare non contigit, quasi per saturam agam. etenim de multis, uelut de ea quae inscripta fuit *ne imperium sit ueteri ubi nouus uenerit*, fore spero ut qui legum antiquitates tractant felici fortuna aliquando certiora inueniant: consilio si idem facere uoluissem, nescio an non solum nonum annum quaerendo longe praeterissem, sed etiam meos fines temere transgredi uiderer.

Ac priuatarum quidem causarum patroni orationes suas scribendo inlustrare non solebant. nam si a Catone recesseris atque a M. Antonio, quem constat omnino nihil scripti praeter inperfectum de oratore uolumen reliquisse, denique a M. Crasso, cuius quas in causis priuatis orationes Meyerus inter fragmenta rettulit p. 303 et 314 scriptas non esse satis adparet, nullum talium orationum uestigium est ante Ciceronem, post Ciceronem pauculae quaedam centumuiralium causarum reliquiae Asinii Pollionis, Passieni Crispi, Galerii Trachali, Caecilii Plinii, Frontonis (cf. M. Caesaris ad Frontonem epist. V 28 p. 92 Mai.). de cuius rei causa praeclara extant uerba Taciti dialogi c. 38. sed ut ad antiquissimam aetatem redeam, mire de ea falsus est Fridericus Ellendtius prolegomenon in Brut. p. 6 haec disputans, 'iudiciali dicendi genere Romani ante Catonis aetatem usi non uidentur. nec enim eloquentiae usus erat in causis priuatis, quae tunc totae a formularum iure pendebant et apud praetores et iudices Areopagitarum illa seueritate praeditos agebantur, et causae publicae populi tributim centuriatimne conuocati suffragiis iudicatae in criminibus et testimoniis totae uersabantur.' nam ut de publicis iudiciis taceam, 'formularum ius' illud quid sibi uelit non adsequor. profecto perorandi apud iudicem consuetudo et legis actionum tempore et formularum eadem fuit; nam etiam legis actionum aetate, postquam in iure solemnibus uerbis res acta erat, iudex dabatur, perorabatur apud iudicem. sed quaeritur,

nium scribere tales orationes iam tum solitum fuerit. e Catonis orationibus dubitari potest an hae, quarum titulos adscribam, ad causas priuatas pertineant 'de bonis Pulcrae (Dulciae?)', 'de re A. Atili', 'de re Floria', 'de fundo oleario', 'de agua musta pascenda'. ex his tertiam 'de hereditate Floriae' scriptam esse dixit Ellendtius. apud Gellium bis legitur *de re Floria*, apud Nonium semel *de re Floriana*, item apud Curium Fortunatianum. uides falsam esse Ellendtii emendationem. uerum longe ineptior est eorum explicatio, quibus Cato uisus est Floralium ludorum lasciuitatem inpugnare, de qua monuisse satis est non posse ex ea causa indicem fingi *de re Floria*, sed *de re Florali.* nimirum res Floria est res Florii, solita adiectiuorum forma a nominibus in 'ius' mittentibus deducta, uelut cum a Quinctio prata Quinctia uocantur, ab Aebutio lex Aebutia. sed cum etiam ampliore forma ab eisdem nominibus Aebutianus Quinctianus adiectiua fieri possint, Nonius et Curius, cum faciunt Florianam causam pro Floria, etiam confirmant Florii nomen. neque Florus quidam (quod olim proposui) admittendus est ob eas quas supra exposui rationes, quibus accedere me monuit Aemilius Hübner, quod de cognomine Flori 'rem' appellatam esse aegre credi possit. adscribam Floriorum exempla quae e lapidibus a se collecta Hübnerus mecum communicauit. extant igitur exempla Capuae (Inscr. Neap. 3838) Sorae (4508) Aeserniae (5109) Terenti (5162, 5179) Aeclani (6310, 98) Parmae (Gruter. 1155, 10) Romae (Maff. M. V. 262, 11 Murat. 1450, 1. Grut. 696, 11 Kellerm. Vig. 53, 114 quibus accedunt ineditae duae, altera in Vatic. museo, altera in uilla Campana adseruatae); in prouinciis Gallia (Grut. 784, 9 cf. Murat. 1778, 17) Africa (Renier Lamb. 661); denique exempla militis barbari (Orell. 3391) et Flurii Beneuentani (I. N. 1613).

De Florii igitur 're' dixit Cato. reliquiarum paucitate sane urgemur iudicium facturi de causae genere.* nam quod nequissimo cuique lubidinum generi deditum Cato dicit, eo non inpediremur quin in causa priuata haec dicta putaremus; idque certum esset, si Curii Fortunatiani uerbis sine ulla dubitatione fides habenda esset, dicentis libro II p. 81 Caper., *concisa narratione tunc tantum utemur, quando quaedam aduersa sunt nobis, immo et cum singulae res gestae maximam inuidiam conti-*

nent; aduersariorum possumus orationem concidere, ut praepositis singulis rebus statim exaggeratione utamur. cur ita? ut indignationem iudicum non semel sed saepius in rebus singulis excitemus, sicuti fecit M. Cato de re Floriana. apud iudices igitur causa haec acta est. sed erunt qui rhetori infimi aeui fidem derogent. quibus etiamsi de orationum Catonianarum lectione a rhetoribus culta responderi posse putauerim tamen inscriptionis uerba obicere praestat. neque enim aut 'de re Floria' aut 'de re A. Atili' (quem iudicem Iosephus Scaliger non felici coniectura temptauit) ita dictum est, ut 're' pro 'causa' posita de publica causa possit cogitari. quinimmo 'res' proprio significatu uidetur usurpata, ut sit res familiaris siue, ut Ellendtius ad Brutum p. 22 dixit, hereditas. quapropter 'res' illa non multum distare uidetur a 'bonis Pulcrae.' hoc enim cognomen retinui, manu secunda in nomen inauditum *Dulciae* deprauatum, neque habere sese eius exempla adfirmauit mihi Hübnerus, *Pulchrae* unum extare Claudiam Pulchram apud Tacitum ann. IIII 52; posse etiam cogitari de *Patulcia.* pro censoriis orationibus habitae sunt eae quae 'de fundo oleario' et 'de agna musta pàscenda' inscribuntur. censores enim nota adfecisse quicumque siue agrum suum sordescere passus esset siue arborem uineamue derelictui habuisset, teste Gellio libro IIII 12. sed haec non probant Catonem in censura orationes illas habuisse. errauit etiam cum Maiansio suo Fridericus Lachmannus de fontibus Liui II p. 17, cum *eam quae est de fundo oleario* ex orationum numero prorsus eximendam esse statuit. mihi potius ad priuatas causas pertinere uidentur. neque obstant uerba orationis de agna haec, *citer ager alligatus ad sacra erit;* lis esse poterat de pascendi iure in eo agro de quo controuersia esset, utrum sacris inseruiret an priuati hominis esset.

Accusationum reliquiae extant 'contra Annium,' 'aduersus Lepidum,' 'contra Oppium,' 'in Pansam,' 'in Q. Sulpicium.' hae quoque lenissimis de causis inter orationes censorias relatae sunt. Sulpicium enim censor Turicensis notauit, quod pretiosissimorum uasorum studio nimio flagraret, apud quem tamen, nisi fallor, Cato corrupta atque debilia uasa se uidisse testatur. Lepidum et Niebuhrius et ceteri putant M. Aemilium Lepidum esse, quem sexies principem senatus lectum esse testatur

periocha Liuiana libri XLVIII. Annium Meyerus suspicatus est esse T. Annium Luscum, quem ad Perseum regem legatum missum esse narrat Liuius libro XLII 25. L. Oppius Salinator praetor anni 563 nominatur ab eodem libro XXXVI 2. sed neque haec pro certis uenditarim neque quidquam de Pansa et Q. Sulpicio mihi conpertum est.

Secuntur accusationum libri 'contra Cornelium apud populum,' 'contra Tiberium exulem,' 'contra Tiberium Sempronium Longum,' 'in C. Pisonem,' 'apud censores contra Lentulum.' quis fuerit ille Cornelius ignorari supra uidimus, ubi de oratione 'de sumptu' disputauimus. Tiberii Sempronii Longi legatum fuisse Catonem testis est solus Plutarchus c. 12. hunc accusatum esse a Catone ueri simile est: nam integrum orationis indicem Priscianus adfert *contra Tiberium Sempronium Longum.* eadem num fuerit oratio *contra Tiberium exule* (ita libri) dubitauit Meyerus: mihi quoque res pro incerta est. nec scio, unde is conpererit reos rerum capitalium Romae 'capite obnoluto' in iudicio adfuisse, nisi tamen caput obnubendi morem de condemnato, qui ad supplicium duceretur, parum feliciter ad reum transtulit. itaque non sine dicacitate Tiberium, qui exilio condemnationem fugisset, uidetur dicere Cato obnoluto capite stitisse uadimonium, iam tum extremum sibi supplicium ingruere animo quasi praesagientem. C. Pisonem credunt inter eos fuisse qui post consulatum Catonem accusauerunt, propterea quod ex oratione contra Pisonem haec relicua sunt uerba, *uideo hac tempestate concurrisse omnes aduersarios.* praeclarum hercle argumentum; quasi uero uir ille, qui per totam uitam et exerceret aduersarios et ipse exerceretur, non saepius omnes simul concurrere in se uidisset. denique *apud censores in Lentulum* dixit Cato. ab anno u. 550 ad annum 600 deciens a censoribus lustrum conditum est; apud quos causam dixerit Cato non liquet. accusationis *apud censores* scriptae exemplum habes C. Gracchi orationem apud censores (u. Charisius I p. 80 Keil. conl. Cic. or. 70). dubium est num scriptae fuerint accusationes Helnii Manciae apud Valerium Max. VI 2, 8, Caesaris Strabonis apud Varronem rerum rust. I 7, 10. adde Frontonem domino suo Marco Caesari hanc scribendae orationis materiam suppeditasse V 22 p. 90 sq. Mai., *consul populi Ro-*

mani posita praetexta manicam induit, leonem inter iuuenes quinquatribus percussit populo Romano spectante. apud censores expostulatur. nam ita pro eo quod in codice est *expostulat* scribendum esse Schopenius perspexit emend. Fronton. quae gymnasii Bonnensis programmate a. 1841 editae sunt p. 9.

Defendit Cato *Lucium Caesetium.* nam et *L. Cesutium*, cuius nominis unum exemplum idque parum certum sibi cognitum esse Hübnerus mihi indicauit I. N. 1326*, et *L. Caesarem* (fr. 2) cedere iussi probae nominis in *etius* formae de qua u. Hübneri quaestiones onomatologicae Latinae p. 42. praeterea cum idem fragmentum (2) a Prisciano Catoni tribuatur, a Diomede Rutilio (*P. Rutilius de uita sua . . idem pro L. Cesutio*), antiquiori testi propterea fidem habere nolui, quod facile exemplum alterum Catonis ante *idem* excidere poterat, certa autem Catonianae orationis memoria sit apud Festum, Rutilianae nulla. memorabilis est oratio propterea quod 'ad milites' dicta est, si fides Festo constat uerba haec adferenti (fr. 1) *audite sultis, milites, si quis uestrum bello superfuerit, si quis non inuenerit pecuniam, egebit.* non dubito quin qui haec dixerit neque in iudicio publico uersatus sit neque in senatu sententiam dixerit. uidimus Catonem *contra Galbam ad milites* dixisse, ut eos sibi, antequam inirent suffragium, conciliaret. similis fuerit huius orationis causa. ceterum praeter duas has Catonis orationes indicem *apud* siue *ad milites* non relatum inueni nisi de Caesare apud Suetonium uitae eius c. 55. is enim refert et alias quae ferrentur Caesaris orationes Augustum ei abiudicasse et orationem *apud milites in Hispania* duplicem, alteram quasi priore habitam proelio, alteram posteriore. ad quam editores pertinere dixerunt Diomedis uerba e libro I p. 400 Keil. haec *Gaius Caesar apud milites de commodis eorum 'non frustrabo uos, milites.'*

Ad iudicia publica pertinere uidentur orationes quas dixit 'pro se contra Cassium' ('Quirites' enim adloquitur, cf. quae ad a. 601 disputaui) 'pro L. Autronio,' 'pro L. Turio contra Cn. Gellium.'

Ad idem genus fortasse pertinet illud Charisii I p. 90 Keil. *Cato de habitu ait, sanguen demittatur.* quae cum Otto Iahnius ad praecepta siue medica siue militaria reuocauit soc. Sax. act. II p. 267 adnot., sola fere fragmenti sententia duce usus est.

quid quod 'allegoriam sanguinis mittendi in agendis causis iam detritam' esse Quintilianus testatur inst. or. VIII 6, 51? probabilior igitur erat Bolhuisii coniectura scribentis *de ambitu*. sed cum in excerptis Cauchianis (quibus etiam in oratione contra L. Furium ueram scripturam deberi uidimus) haec ita scripta sint *Cato de Habito*, uereor ne oratio sit siue pro Habito siue contra Habitum, de quo cognomine Classeni adnotatio uid. ad Ciceronis orationem pro Cluentio Habito apud Baiterum p. 541; uidimus enim orationem in Veturium a grammaticis etiam 'de Veturio' dictam nominari.

Deliberatiui generis orationum primam esse iussi quae 'de rege Attalo et uectigalibus Asiae' inscribitur. quae nisi quod post annum 582/172, quo C. Licinius praeturam gessit, scripta est, cui potissimum anno adsignanda sit prorsus ignoro. deliberatum est de rege Attalo annis 586/168 et 596/158. Meyerus autem aperte falsus est, qui periochae Liuianae L uerbis usus Catonem de rebus Attali anno 605/149 dixisse statuit. quo anno quae de legatis paci inter Nicomedem et Prusiam componendae (nam de Attalo nihil dixit) iocatus est, ea dictis mem. 16 inserui. sane mirum est quod iam Catonis tempore uectigalis dicitur Asia.

Orationem 'ut plura aera equestria fierent' in senatu habitam (u. fr. 1 coll. Mommsenio hist. R. I p. 795) Meyerus sine idonea causa censoriis inseruit. ceterum Catonis sententia, in qua explicanda antiquitatum Romanarum auctores uarie periclitati sunt (u. Beckerus enchiridii II 1 p. 260), satis expedita est, si Mommsenio de mille et octingentis equitibus adsentiamur hist. Rom. I p. 764 sq.

'Aediles plebis sacrosanctos esse', quod legis sacratae alterius uerbis *ut qui tribunis plebis aedilibus iudicibus nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad aedem Cereris Liberi Liberaeque uaenum iret* cautum esse uideretur, fuisse tamen inter iuris peritos qui negarent testis est Liuius III 55; neque enim *quemquam* dicebant *sacrosanctum esse, sed cum quis eorum cui nocuerit, id sacrum sanciri. itaque aedilem prendi ducique a maioribus magistratibus, quod etsi non iure fiat — noceri enim cui hac lege non liceat — tamen argumentum esse non haberi pro sacro sanctoque aedilem, tribunos uetere iure*

iurando plebis cum primum eam potestatem creauit sacrosanctos esse. quam iudicii subtilitatem Eduardus Lübbertus comment. pontif. p. 155 contra Beckerum enchir. II 2 p. 295 acute defendit.

Oratio 'de dote' utrum legis suasio an in senatu dicta sit (censoriam hanc quoque Meyerus fecit ob luxuriam feminarum a censore oppressam) diiudicare non ausim. fragmenti nobilissimi uerba cum alii tum Klenzius ea commentatione, quae 'de cognatis et affinibus' iuris hist. ephem. VI inserta est, doctissime tractauit p. 18—26. quaeritur autem, quo iure uir diuortio facto de muliere iudicauerit. atque Klenzius quidem uirum cognatorum iudicii principem iudicasse diuortio facto de muliere necdum manu liberata existimauit. Göttlingius contra de re p. Rom. p. 100 sententiarum nexum pessum dedisse mihi uidetur cum ante *multatur* uocabulum distinguendi notam posuit. neque enim intellego, quid sit quod mulier, si uinum biberit, multari, condemnari, si cum alieno uiro probrum commiserit, dicatur; quorum illud peruersum sit, taetrum alterum. immo multari solere Cato mulierem dixit dotis parte ob peruerse taetreque facta, hoc est minus grauia delicta, condemnari uero, hoc est supplicio adigi, si uinum biberet aut cum alieno uiro probri quid faceret. ob uinum enim sumptum prisca seueritate necari solitas esse feminas exemplis a Plinio XIIII 13, 89 sq. adlatis satis constat. quare non mirum est, quod qui talis iudicii princeps esset *imperium quod uidetur* habere dicitur. nam qui magistratus cum imperio est, ei iuris dictio conpetit, sin uero militare illud sit, etiam capite puniendi ius. 'pro censore' igitur mulieri uir est propter multae dicendae ius, ob condemnandi ius 'imperium quod uidetur habet.' denique quod Valerius Maximus VIII 2, 3 Gaium Titinium uxorem inpudicam duxisse narrauit, ut dote eam spoliaret, non magis nostram sententiam euertit. aut quam quod Plinius l. s. s. Cn. Domitium ob uinum marito insciente sumptum dote multauit; nam quis diceret mulieres ob uinum sumptum probrumue commissum utique omnes necatas esse, quisue C. Marii tempora ad Catonianae aetatis seueritatem exigeret?

Frustra quaesiui legis alicuius memoriam, quam oratione 'ne imperium sit ueteri, ubi nouus uenerit' suaserit. ridicule

enim editor Turicensis haec uerba ita interpretatus est, ut Cato quoniam Scipioni ex Hispania prouincia non satis cito decedere uisus esset, oratione quaesiuerit 'quomodo se habeat quod inimici postulant ne' e. q. s. cuiusmodi orationi non uidit inscriptionem fere contrariam fieri debuisse 'ne imperium sit nouo ubi uetus nondum decesserit.' immo uero aut de lege aliqua, cuius memoria interiit, uerba fecisse uidetur aut in certamine aliquo inde orto, quod, cum proximi anni magistratui populus imperium dedisset, 'uetus' magistratus ea ageret quae, nisi qui cum imperio esset, agere non liceret. cuius certaminis, licet concordia peractum sit, exemplum a Liuio XL 39 traditum est.

Secuntur orationes 'de praeda militibus diuidenda' et 'uti praeda in publicum referatur.' quibus inscriptionibus et unam orationem a grammaticis uarie laudari et censoriam Meyerus suspicatus est; mire sane utrumque. primum enim contrarias esse utrinsque tituli sententias uerbo monuisse satis est; deinde aerarii curandi negotium censoribus datum esse praeter Meyerum nemo cognouit. sed quoniam Cato et contra Acilium et contra Fuluium Nobiliorem de parte praedae iniuria aut aerario aut militibus subtracto testatus est, non sine ueri specie has orationes ad tale accusationis genus pertinere uideor mihi conicere.

Orationem 'de signis et tabulis' censoriis adscribendam fuisse supra adnotaui p. LXXXII.

Oratio 'ne spolia figerentur nisi de hoste capta' non idonea causa inter censorias haberi solet. Catonis tempore bellicorum honorum splendorem exstingui coeptum esse documento est, quod P. Cornelius M. Baebius cos. anno 574/180 *omnium primi nullo bello gesto* (Liuii uerbis XL 39 utor coll. Mommsenio hist. R. I p. 791) triumphum egerunt. simili igitur superbiae uanitate spolia quoque quae de hoste non capta essent aut in aede Iouis Feretrii aut in suis imperatores aedibus suspendebant. nam etiam priuatos parietes spoliis exornatos esse Liuius testis est libro XXIII 23, cum dixit censores in senatum eos legisse *qui spolia ex hoste fixa domi haberent*, et Plinius nat. hist. XXXV 2, 7 haece scribens *aliae foris et circa limina domitarum gentium imagines erant affixis hostium spoliis quae nec emptori figere liceret.* adde quod C. Flaminius apud Liuium

XXXVIII 43 Fuluium Nobiliorem spolia de Ambraciensibus capta ante currum laturum et fixurum 'in suis postibus' esse exprobrauit: quare eo potius adducor, ut Catonem de spoliis a Fuluio Nobiliore ex Ambraciensi praeda conparatis domique suspensis disseruisse credam, quam ut Iacobum Perizonium sequar orationem de spoliis opimis in aede Iouis figendis fuisse censentem animadu. hist. c. 7 p. 249 Harl.

De reliquis orationibus non habeo quod addam. nisi quod orationis 'de potestate tribunicia' titulum Vrsini coniectura, quam probauit Meyerus, natum cur prorsus abiecerim dicendum est. Festi reliquiae p. 162 sunt hae (conl. Paul. p. 163)

. . . . *[Ne]mut nisi etiam uel*
[nempe] . . . . *ibunici cum ait nemut*
. . . . *aerumnas*

Vrsinus igitur suppleuit alterum uersum *Cato de potestate tribunicia*, nimirum quod Catonis nomen in sequenti uocabulo *neminis* adscriptum est. sed praeterea neque Catonianae glossae in ea paginae parte comparent neque orationis Catonianae titulus ille sine ductibus litterarum siue re ipsa commendatur. igitur quis quo libro *nemut* usurpauerit mihi non liquet.

Hae sunt igitur octoginta ferme orationum uestigia, quem numerum H. Meyerus tredecim nouis aut ex suo arbitrio aut ex male intellectis scriptorum uerbis auxit. centum et quinquaginta Catonis orationes Cicero 'adhuc se inuenisse aut legisse' testatus est de senect. 17, 65; non minus multas eius fuisse quam Lysiae orationes idem auctor est Bruti 16, 63, cuius quidem de CCCCXXV orationibus Dionysius CCXXX pro genuinis habuit (cf. Hoelscherus de Lys. uit. p. 42). earum autem quas cognouimus Catonis orationum dimidia fere pars in iudiciis causisque uersatur, in suadendis dissuadendisue legibus atque in sententiis senatoriis altera pars. quibus se defenderit Cato sex orationum, nisi fallunt inscriptiones, uestigia relicua sunt I, II, III, XL, LVI, LXXIV, quod fere mireris, cum dicat Plinius nat. hist. VII 27, 100, *itaque sit proprium Catonis quater et quadragiens causam dixisse nec quemquam saepius postulatum ac semper absolutum*, Plutarchus Cat. 15, *λέγεται γὰρ ὀλίγον ἀπολιποῦσας τῶν πεντήκοντα φυγεῖν δίκας* Victor de uir. ill. 47, 7:

ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus est, cf. Val. Max. III 7, 7.

Denique pauca de arte Catonis oratoria adicienda sunt, non quo aut Ciceronis uerbis in diuersas partes disputandis solidum iudicium stabiliri aut omnia antiquorum de Catonis orationibus iudicia adscribenda esse existumem, sed ne obseruationes quaedam grammaticorum non inutiles silentio praetereantur. orationes igitur originibus et studiosius lectitatas esse et diutius in hominum manibus fuisse non solum eo compertum est, quod ex originibus excerptae legebantur (u. p. LVIII), deinde quod Verrius Flaccus et Iulius Romanus longè plurima de illis in glossas suas transtulerunt, quodque quarto saeculo Seruius, cuius uerba infra ponam, ita de exordiis orationum testatus est, ut ipse eas legisse uideatur, uerum etiam Boethius docet in Ciceronis topicorum I p. 271 Or. C. Marium Victorinum quem rhetoricum Catonis librum nouisse constat (u. praecept. fr. 16) dicens commentario in topica quarto exempla e Vergilio Terentio Cicerone Catone composuisse. quare non mirum est, quod inferioris aetatis rhetores a lectione orationum non prorsus alieni sunt. ac Iulii Victoris quidem, cui praeceptum Catonis 15 debemus, uerba haec sunt art. p. 211 s. Or., *diuiduntur negotiales* (qualitates), *quae in legum et rogationum lationibus reperiuntur, primo quidem ab obscuritate, si nobis materia largitur, ut M. Tullius de lege agraria facit et Cato saepe et saepissime Gracchus*, Sulpicii Victoris qui fertur p. 266 Caperonn. haec, *apud Catonem assidua partitio est, apud Tullium rarior.* quae quam recte iudicata sint, sane pro fragmentorum condicione dici non potest. paullo certiora adfirmare licet de exordiis. de his enim Seruius scripsit ad Verg. Aen. VII 259 haece, *di nostra incepta secundent] secundum priscam consuetudinem locuturus de publica utilitate, id est pace et nuptiis filiae, facit ante deorum commemorationem, sicut etiam in omnibus Catonis orationibus legimus. hinc est in diuinatione Ciceronis* [13] '*siquid ex aliqua uetere oratione: Iouem ego optimum maximum*'. similia adiecto etiam C. Gracchi nomine extant ad Aen. XI 301 *praefatus diuos] more antiquo. nam maiores nullam orationem nisi inuocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi. nam generale caput legimus in omnibus.*

unde Cicero 'siquid' e. q. s. ac magistratus quidem solemne carmen precationis, priusquam populum adloquerentur, praefari solitos esse his ipsis fere uerbis Liuius XXXIX 15 quosque Brissonius de formulis I 108 laudauit tradiderunt. sed ultra solemnem magistratuum morem de antiquis oratoribus idem Gellius testatur XIII 23 (22), 1 *comprecationes deum immortalium quae ritu Romano fiunt expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani et in plerisque antiquis orationibus. in his scriptum est Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Maiam Volcani, Heriem Iunonis, Moles Martis Nerienemque Martis.* quo minus dubitari licet, quin Seruius tales conprecationes *generale caput in omnibus* Catonis Gracchique orationibus legerit. sed cum Catonis pro Rhodiensibus, C. Gracchi in Popillium Laenatem (u. Meyerus fragm. or. p. 238) orationum exordia extent, uideantur autem extare Catonis in Ser. Galbam de Lusitanis, ad litis censorias, Gracchi denique orationis quam 'de legibus a se promulgatis' Meyerus inscripsit l. s. s. p. 234, neque in his conprecatio adpareat, *generale caput* grammatici omittendum sibi esse uidentur existimasse.

Sententiarum figuras antiqui in orationibus Catonis has deprehenderunt, *παραλείψεως* figuram Fronto in uerbis or. de sumptu suo (or. II), *ἀνακοίνωσιν*, *ἐξουθενισμόν*, *διάνοιαν* Iulius Rufinianus, *παρονομασίαν* Cicero. etiam pedum metricorum structuram solito artificio neque eo felici is repperit quem Diomedes II p. 468 P. (p. 472 Keil.) secutus est, *si paenultimus fuerit tribrachys uel pyrrhichius et paeones successerint primus et nouissimus, erit antiqua structura quae dicitur confragosa; qua usus est Cato.* sed qui libero ab his nugis iudicio ampliores orationum particulas, uelut quae supersunt de orationibus pro Rhodiensibus et de sumptu, diligenter perlegerit, sapientiae ingeniique in omne certaminis genus parati exercitatique multum, artis in conponendis et uerbis et uerborum *περιόδοις* conspicuae parum inueniet, immo in eo uiro qui princeps Romanos scribere orationes docuit ne exspectabit quidem. mihi autem ueterum de oratore Catone iudicia perlegenti non tam Ciceronis uerba Bruti 16, 63 et 85, 293 quam Gellii orationem Rhodiensem laudantis (quae supra p. LVI sq. scripta sunt) ad proprietatem Catonis distincte noscendam pertinere uisa sunt. nec mirum:

Frontonianae enim aetatis homines, etiamsi inepto saepe priscae horriditatis amore capti consummatae artis monumenta inique aut neglexerunt aut comiciis foedarunt, tamen adsidua lectione non adamarunt solum simplicitatem illam priscorum natiuamque uenustatem uerum etiam intellegenter et aestimarunt et laudarunt. ueluti qui puerilitatem iudicii interdum elegantia haud uulgari mire temperauit M. Fronto *confusam eam* ait p. 172 ed. Rom., *ego eloquentiam catachannae ritu partim iligneis nucibus Catonis partim Senecae mollibus et febriculosis prunuleis insitam subuertendam censeo radicitus, immo uero — Plautino utar uerbo — exradicitus.* in quibus *iligneis* Ottonis Iahnii acumine pro eo quod in codice est *igneis* restitutum est musei rhen. nou. III p. 156; extremam sententiam a librario sic scriptam *plautino trato uerbo*, a Maio ita editam *Plautino irato uerbo* ego uideor mihi sanasse.

III.

DE LIBRIS AD FILIVM CETERISQVE LIBRIS. DE DICTIS CATONIS IISQVE QVAE FALSO EIVS NOMINE FERVNTVR.

Ex ceteris M. Catonis libris facile primum locum obtinent quos 'libros ad filium' siue 'ad filium de agri cultura' Seruius, Nonius 'praecepta ad filium' uocauit. accedunt testimonia Diomedis, qui uerba Catonis 'ad filium uel de oratore,' et Prisciani, qui quae libro sexto 'ad filium' scripta dixit eadem septimo 'epistula ad filium' inclusa esse testantur. omisso libri titulo et agricolae et oratoris boni definitiones iniecto Marci filii uocatiuo casu extant. quare cum Drumannus uit. Rom. V p. 143 sq. de quodam litterarum orbe ad filium perscriptarum cogitauit, tum nuper Otto Iahnius comparatis Iulii Celsi cestorum libris, quot Cato et rerum scitu dignarum genera et libros praeceptorum esse uoluerit, elegantissima disputatione soc. Sax. actis II p. 263 sq. inserta extra dubitationem ponere conatus est. cui de summa rei quis est quin adstipuletur? de quibusdam tamen non cursim argumenta eius perlustranti uerum iterum ac saepius examinanti dubitationes mihi granissimas subnatas esse fateor. nam, ut de Cornelio Celso primum dicam, medicinae quidem et agri culturae libros ab eo uno quasi corpore coniunctos esse certis testimoniis constat, probabili autem ratione rei militaris et artis oratoriae praecepta eidem adsignantur. sed quod iuris ciuilis morum-

que commentarios adiecit uir doctissimus, eorum alterum ipsius Catonis exemplo incertissimo, alterum Quintiliani uerbis male opinor intellectis incommode defendit. sunt enim haec inst. or. XII 11, 24 *quid plura? cum etiam Cornelius Celsus mediocri uir ingenio non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris et rusticae et medicinae praecepta reliquerit dignus uel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus.* quaerenti igitur, quid sit quod *de his artibus* omnibus Celsus scripsisse dicatur, ad ea nempe redeundum est quae proxime iis quae supra scripsi praemittuntur. praecedunt igitur uerba de Homero, *in quo nullius non artis aut opera perfecta aut certe non dubia uestigia reperiuntur*, de Hippia Eleo, *qui non liberalium modo disciplinarum prae se scientiam tulit, sed uestem et anulum crepidasque, quae omnia manu sua fecerat in usu habuit atque ita se praeparauit, ne cuius alterius opere egeret*, de Platonis et Aristotelis scientia multiplici, denique de Catone Varrone Cicerone haec, *M. igitur Cato idem summus imperator idem sapiens idem orator idem historiae conditor idem iuris idem rerum rusticarum peritissimus fuit . . . quam multa, paene omnia tradidit Varro! quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? quid plura, cum etiam Cornelius Celsus* e. q. s. uides certum artium orbem, quibus Celsus rei rusticae et medicinae praecepta adiecerit, eis quae supra posui non describi. nec sunt certiora de Catone uerba Plinii n. h. XIIII 4, 44 *Catonum ille primus triumpho et censura super cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum praeceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima uero agrum colendi* (cf. idem XXXV 2, 2 Cic. de or. III 33, 135). sed Otto Iahnius ad *has artes* quas Quintilianus dicit explicandas rediit ad ea quae haud exiguo interuallo eiusdem capituli § 9 ita scripta sunt, *uereor tamen ne aut magna nimium uidear exigere, qui eundem uirum bonum esse et dicendi peritum uelim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morum quoque praecepta et scientiam iuris ciuilis praeter ea quae de eloquentia tradebantur adiecerim.* his autem demonstrare uoluit Celsum *morum praecepta* artium libris inclusisse ethicam Sextiorum disciplinam, quam teste Quintiliano X 1, 124 probauit, amplexum. uerumtamen, etiamsi de tribus philosophiae partibus solam mora-

lem ad Sextiorum normam Celsus exposuisset, quod mihi certe in eiusmodi artium corpore perquam dubium est, nescio an pro eo quem exspectamus titulo *de ethica* siue *de morali philosophia* auctor hunc indicem *de moribus* et mire singularem inter ceteras artes *de medicina*, *de rhetorica*, *de re rustica* nec rei conuenientem nec denique ad exemplum ullius scriptoris effinxisset. nam Senecae qui fertur de moribus liber sylloge est moralium sententiarum iniuria eius nomine inscriptus. quid? quod Catonis de moribus carmen, quod praeceptorum partem fuisse Iahnius rursus ambiguo Celsi exemplo demonstrare uoluit, ne continebat quidem moralis philosophiae praecepta quamlibet simplicia, sed, quantum ex reliquiis iudicari potest, morum ab exemplis ueterum declinatorum luxuriem uersibus seuerissimis castigabat. itaque licet Quintilianus uerbis subobscuris Celsum de moribus praecepisse docuerit, neque ad titulum librorum Celsi id pertinere neque uero de Catone quicquam inde effici posse arbitror.

Sed ad certa pergamus. Celsi igitur artium libri quinque priores fuerunt de agri cultura. Catonis autem laudantur *libri de agri cultura ad filium.* atqui qui extat de agri cultura liber ad filium non est scriptus. praeceptorum igitur parte agricolationem tractatam esse concedo, et extat agricolae definitio formulae modo concepta (fr. 6). sequebantur Celsi de medicina libri. Catonis autem extant praecepta ad filium, quae spectant rem medicam, uelut quod indice corrupto de lepore est apud Diomedem ex libro *de oratore ad filium* (fr. 3). rhetoricam artem a Celso adiectam esse reliquis artibus concedo. atqui Quintilianus Catonem Romanorum primum *aliquid condidisse* in genere rhetorico testatus est III 1, 19, et ipse Cato filio scribit 'de istis Graecis suo loco se acturum (fr. 1). parte igitur praeceptorum eum 'quid Athenis exquisitum habuerit' de rhetoribus ueri simile est exposuisse, et extat celeberrima oratoris definitio agricolae definitioni forma plane gemina (fr. 14), extat 'praeceptum' illud 'paene diuinum' *rem tene, uerba sequentur* (fr. 15). tres igitur medicinae, agri culturae, rhetoricae partes praeceptis ipsi grammatici uidentur tribuere. de reliquis nihil testimoniis cognitum est. nam Celsi quidem rei militaris praecepta Quintilianus cum medicinae et rei rusticae praeceptis ita copulauit, ut tres eiusdem operis partes significasse uideatur. sed Catonis librum de re militari Festus quater, Nonius

ter, Gellius Priscianus Philargyrius singulis locis commemorarunt hoc indice *Cato in libro quem conposuit de re militari*, id quod casu factum esse siquis dicat, tamen prooemii sententiam ita conparatam esse infra ostendam, ut non facile de libro ad filium misso cogitari possit. quare ne prorsus incerta captarem, librum de re militari a praeceptis segregandum esse censui. quae cum ita sint ne iuris quidem ciuilis commentarios, de quibus et ipsis infra disputabo in hunc disciplinarum orbem admisi.

Librum de re militari (nam quod neque 'libros' neque 'de disciplina militari' eum inscripsimus, auctoritate grammaticorum nitimur) partem praeceptorum ad filium fuisse non recte suspicatus est Otto Iahnius. nam de adulescentis institutione cogitare ratio libri ex reliquiis quamuis minutis satis cognita aegre patitur. extat libri principium (fr. 1), e cuius uerbis his *quae scripta sunt si palam proferantur* qui efficere conati sunt, edendi libri consilium Catonem non agitasse, ii quo suam sententiam tueantur non intellego. hoc uideor mihi intellegere, et prooemio et iis quae proxima ei posita fuisse uidentur (fr. 2) demonstrari populo Catonem de paranda uictoria praecepta scripsisse, cum uideret alios imperatores, 'qui uerae laudis expertes essent', aut parum ualere usu militiae aut prauis artibus militaris disciplinae seueritatem corrumpere. idque consilium ita uidetur exsecutus esse, ut quidquid militi uel tribuno opus esset breuibus praeceptis conprehenderet, luculentis exemplis, quae ipsius stipendia subministrabant, declararet. ea est enim inter hunc librum et Cincianum, quem antiquissimum in hoc genere fuisse nunc credi desitum est, diuersitas, ut antiquitates et prisca uocabula grammaticus explicauerit, imperator quid usu didicerit alios docere noluerit. neque credi potest, eum aequalibus exposuisse, qui essent 'procubitores' (fr. 5), qui uocarentur 'accensi' (fr. 8), de quibus ut tum non poterat non constare omnibus, ita Varronis aetate docte certatum est. sed ea res quomodo sese habeat docet grammaticorum dissensus de 'ferentariis' (u. fr. 6), de quibus in libro de re militari ita traditum esse, 'ferentarii sunt qui tela ac potiones militibus pugnantibus subministrant', facile aliquis persuaderi sibi a Festi epitomatore pateretur, nisi Nonii auctoritate constaret explicationem eam esse grammatici, Catonem uero narrasse a nescio quo duce 'ferentarios praeda-

tum missos'. idem statuo de fr. 5, 8, quamquam quo consilio de procubitoribus et accensis dixerit non constat. nihil autem illo explicandi more apud grammaticos usitatius: ita etiam qui 'differentias uocabulorum' tractarunt cum dicunt 'putare' Ciceronem duo uocabula differre, plerumque eos locos respiciunt quibus ita ille posuit uocabula, ut differre appareat. praeterea cum Vegetius de re mil. I 8 ea se 'fidelissime dicere' testetur, quae 'Cato Censorius de disciplina militari scripsit' (cf. 3), quae Celsus Frontinus alii commentati essent, erunt fortasse qui Catonianae doctrinae uestigia in opere Vegetiano latentia indagabunt: et latebunt sane, cum nomen Catonis omissum, uerba eius posita uno certe exemplo nouerimus (fr. 10). sed eorum haec est prouincia, qui rei militaris antiquitates perscrutantur. Laurentius Lydus de mag. I 47 et Ioannes Saresberienses policr. VI 19 non nisi nomine nouerunt librum, idque recte monuit Otto Iahnius. remotiores etiam a Catonis lectione ii sunt qui splendidum eius nomen excerptis ex opere Vegetii factis inscripserunt (u. Keilius Philol. V p. 175 sq.).

Carmen de moribus postquam uersibus conditum esse A. Kärcherus primus dixit Philologi VIII p. 727 sq., Boeckhius actis acad. Berol. eiusdem anni 1854 p. 264 sq. suam de uersibus quadratis restituendis sententiam diserte suasit. secutus est A. Fleckeisenius Sotadicum metrum amplexus ea commentatione, quam conlegarum Io. Classenio per V lustra doctori phil. gratulantium interpres obtulit, denique Fr. Ritschelius, Saturnium numerum et ingenio Catonis et reliquiis Gellianis aptiorem esse ratus Saturniae poësis spicilegio Bonnae edito. ac Fleckeisenium quidem nunc suum inuentum reprobasse conpertum habeo. neque uero aut Saturnios aut quadratos uersus, quorum illis sane me fauere profiteor, ita instauratos esse uideo, ut in hac editione repraesentandos mihi esse existimarem. quare ad commentationes illas elegantissimas lectorem remitto. sed praeter Gellianas reliquias Kärcherus aliique e reliqua Catonianorum materia carmini uindicarunt ea quae librorum ad filium fr. 3, 5, 6, 7, 10, 14, 15, inc. l. 17 adscripsi. de quibus et ego dixi mus. rhen. nou. XIIII p. 362 s. et qui fere mecum consentit Io. Vahlenius diar. gymn. Austriac. a. 1859 p. 469 sq. qui tamen quam ipse legem obseruandam esse dixit, ut ne,

quae in numerum Saturnium intrarent uerba incertis libris deprompta, ea carmini sine idonea causa uindicarentur, eam rursus elusit praeceptorum fragmenta 7 et 9 Saturnio numero dimensus. qua in re uel eo nomine reprehendendus est, quod, cum Vergilianum uersum *laudato ingentia rura, exiguum colito* scholiasta his uerbis inlustrauerit *hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agri cultura*, quae fuerint uerba Catonis prorsus ignorari adparet. denique quod dicit Plutarchus Cat. 2 multa Catonem de Graecis transtulisse *ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι καὶ ταῖς γνωμολογίαις*, cum ad carmen pertinere creditum sit, de sententiose dictis intellegendum esse demonstraui mus. rh. l. c. p. 266.

Epistulae a Festo bis his uerbis laudantur, *Cato in epistularum* (fr. 1) *Cato in epistola* (fr. 2). Priscianum semel Catonem *in epistula ad filium* scripsisse uidimus adnotare, ubi libros praeceptorum (fr. 4) intellegendos esse constaret. Ellendtius igitur proleg. ad Cic. Brut. p. 24 mire hariolatus est cum dixit 'epistolarum multis locis Priscianus meminit.' utrum conpluribus an singulari libro Cato epistulas ediderit nescitur. aeque ignoratur num praeter filium (fr. 3) aliis scriptae sint epistulae editaeque. nam quam uulgo ad Popillium datam esse dicunt (fr. 4), eam Ciceronis de offic. I 11, 10 interpolatori male sciolo deberi Mommsenius me docuit. nimirum cum M. Catonem M. f. bis ab imperatore missum esse duasque ea de re patris epistulas, ad filium alteram, alteram ad imperatorem, datas esse bis eadem monentes uix ac ne uix quidem credi possit, alterutram interpolatoris manu adscriptam esse adparet. quod cum Beierus sentiret, expulsa Catonis ad filium epistula eam retinuit, quae ad Popillium scripta fertur. neque enim (ut cetera eius argumenta taceam) Persico bello dimissas esse legiones, immo seniores ea tempestate pro atrocitate eius belli sacramento rogatos esse. at nihil in patris ad filium epistula de dimissis legionibus scribitur; quare Catonis filium solum dimissum esse statuendum est. utramque narrationem Könighoffius damnauit Treuirani gymnasii progr. a. 1854 edito p. 22—30, quem Otto Heinius editione librorum de officiis anno 1857 euulgata secutus est. sed interpolatorem uel sermonis Latini usu satis ineleganti (nam *amissum sacramentum* non magis Latine dicitur, quam quae po-

strema sunt *adeo summa erat obseruatio in bello mouendo*) argui *Persico* autem *bello*, quod in altera epistula legitur, non facile ab inferioris aeui homine scribi potuisse et Mommsenius et Könighoffius l. s. s. animaduerterunt. praeterea de militia Catonis Popillii illius auspiciis facta (M. Popillium Laenatem consulem a. 581/173 uulgo intellegunt) nemo dixit; sed Persico bello eum interfuisse constat Plutarchi Paul. 21 Cat. 27 Iustini XXXIII 2, 4 Frontini strat. IIII 17 laudibus. quo tempore num XVII annos natus tirocinium suo anno fecerit certo adfirmari nequit. nam etsi praetor designatus anno 602/151 teste Plutarcho Cat. 24 obierit, quo anno si XL annos natus fuit, XXI annorum adulescens Aemilii Pauli auspiciis pugnauit, tamen neque legem Villiam eo tempore seuere obseruatam esse constat, neque nimiam Ciceroni tironem Catonem adpellanti fidem habuerim. de epistulae, ut uidetur, *ad Magnum* fragmento u. adnotatio.

Commentarii iuris ciuilis a Festo laudati utrum patris sint an filii uix diiudicari poterit. de iuris praeceptis, quae Iahnium libris ad filium inclusisse supra uidimus, pauca quidem inter ea quae congessit Maiansius ad XXX Ictorum fragmenta p. 30, sed certa extant testimonia. dicit enim Cicero de or. III 33, 135 *quid enim M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque aduentitiam defuit? num quia ius ciuile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere iuris scientiam neglegebat? utroque in genere et elaborauit et praestitit.* Pomponius de orig. iuris 38, postquam de Appio Caeco, Aelio, aliis exposuit, *hos* inquit *sectatus ad aliquid Marcus Cato princeps Porciae familiae, cuius et libri extant, sed plurimi filii eius. ex quibus ceteri oriuntur.* iam uero 'commentarios iuris ciuilis' Catonis laudat Festus p. 154, cui paginae quae praecedit, in ea multa sunt fragmenta censorii, unum 'nepotis eius', quod his ipsis uerbis distinxit; quare cum non dubitem quin etiam filium commentariornm auctorem nominasset, si patrem non fuisse constaret, Brillenburgius diss. iuridicae de iurisprudentia M. Catonis censorii eiusue filii Lugduni a. 1826 editae p. 19 et Iahnius p. 270 fortasse recte uerba a Festo exscripta ad patrem rettulerunt. mundum autem commemorauit auctor, cum de diebus nefastis exponeret.

Apophthegmata siue 'multa multorum facete dicta' a

sene Catone conlecta et nonit Cicero et multa inde altero de oratore libro 'exempli causa' transtulit. sed quod olim uulgatum est, ipsius Catonis dicta hoc libro inclusa esse, id nec Ludouico Iano in Macrob. sat. II 1, 15 credibile uidebatur, nec posse ferri enucleatius ipse exposui ann. phil. nou. LXXIII p. 384 sq. itaque reliquum erat ut inter facetiarum exempla a Cicerone posita numquae ad Catonis 'apophthegmata' pertinerent, diligenter inquireretur. sed praeter Mummianum dictum plura apophthegmatum reliquiis adscribere, uelut Neronis II 61, 248, Caruilii et Scipionis maioris ib. 249, P. Licinii Vari ib. 250, Fabii Maximi et Salinatoris altercationem 67, 273, responsum Nasicae 64, 260, periculosum erat, cum praeter Catonem etiam Lucilium dictorum auctorem sese habere Cicero testetur 62, 253 conl. 66, 268.

Catoniana dicta colligendi consilium quo tempore primum aut a quo homine captum sit ignoratur quidem, suspicari tamen licet ante Ciceronis et Cornelii Nepotis aetatem esse et collecta et edita. Plutarchum autem amplissima collectione usum esse certum est. ac primum quidem quae in Catonis c. 8 et 9 leguntur quasi corpus quoddam dictorum integrum esse l. s. s. p. 389 ex Plutarchi uerbis c. 7 et 9 extr. scriptis (u. dict. mem. adnot.) collegi. uidetur autem pertinere eo etiam quod dict. 36 in oratione aliqua Catonem τὸ μνημονευόμενον dixisse legimus. quo uocabulo idem Fabii Maximi dictum in uitae eius c. 26 nominauit. ex his dictis quae numeris 1, 2, 3, 4, 7, 8, 21, 26, 43 insigniui orationibus inseri solent. sed quamquam ex scriptarum orationum exemplis multa in dictorum collectiones translata esse credi potest, tamen ferebantur etiam quae scripta non essent tamquam in iisdem orationibus dicta: cuius rei utriusque exemplum a Cicerone petitum commemoraui mus. rhen. nou. XIIII p. 270 sq. quare cum quae sit auctoritas eius collectionis, quam Plutarchus c. 8 et 9 transscripsit, non satis certo constet, μνημονευόμενον autem illud dict. 36 Plutarchus quidem Catoni tribuat, M. Scauro autem Valerius Maximus, scriptarum orationum reliquiis non inserui dicta 1—4, 7, 8, 21, 26, 43. accedit quod et alia multa his admixta sunt quae scribi non potuerunt et uero etiam sententiae morales uelut 19 et 23. de quo genere et adpositis aliorum auctorum testimoniis effeci ut iudicari possit et pluribus egi musei rhenani XIIII p. 272 s. sed praeter dictorum genus

multa extant, quae siue Plutarchus siue is quem ille secutus est ex uariis Catonis scriptis excerpsit. documento sunt praeceptorum fr. 1—3 epistularum 4. ex his meo periculo ad libros Catonis pertinere censui paucissima illa quae sunt inc. lib. 64—77, in quibus bis saltem (75, 77) scripti libri mentio iniecta est. ceterum neque ignoro iudicium de his reliquiis uarie fluctuari posse neque meam dispositionem ultra probabilitatem quandam esse firmatam.

Quaedam, uelut quae Plutarchus c. 13 Catoni Firmanam cohortem in proelio Thermopylensi adhortanti tribuit, ne dictis quidem adscripsi. in eo enim numero eiusmodi orationes habendae sunt, in quo orationes de Oppia lege a Liuio et Cassio Dione conpositas habendas esse ostendi p. LXIV. Plutarcheis dictis ceterorum scriptorum testimonia ex ordine temporum conposita subiunxi: in his quoque inuenies quae scriptorum fragmenta esse putaueris. sed satius duxi eam seruare legem, ut, nisi quae certis indiciis litterarum generi uindicarentur, inter fragmenta non reciperem.

Superest ut paucis conprehendam ea quae Catonis nomine falso inscripta feruntur, siue fraude siue uitio grammaticorum uel editorum incuria. nam ex eo tempore quo fere antiquiorum scriptorum libri et legi et describi desierunt praeter paucissimos, hoc est exeunte saeculo quarto, grammatici interdum splendida illa nomina ludibrio habere non uerebantur. qua re factum est ut Catoni quoque quae ab eo alienissima erant tribuerentur. praeterea ne id quidem Cato non expertus est quod saepius usu uenit, ut epitomae siue excerpta quaedam amplioris operis auctori uindicarentur. nam cum Isidorus differentias uocabulorum explicaturus haec praefatus sit, *de his apud Latinos Cato primus scripsit, ad cuius exemplum ipse paucissimas partim edidi partim, ex auctorum libris deprompsi*, Iahnius act. soc. Sax. a. 1850 p. 271 rectissime statuit non differentiarum librum a Catone scriptum uidisse Isidorum, sed excerptas ex libris Catonis differentias, si quidem tria exempla Catonis quae sunt apud Isidorum orationibus (XI 4, XVII 3, inc. 11) deprompta esse adparet. quartum enim Isidori uerbis § 329 ed. Areuali Barthii fraude aduers. XL 10 inculcatum esse ostendi olim quaest. Cat. p. 84. de Vergilianorum commentariorum in-

terpolatione deque 'origine gentis Romanae' supra dictum est p. XXVI et XXVIII sq. inferiori aetati debentur uariarum sententiarum collectiones, quas ob titulorum qui sunt siue '**Catonis sententiae**' siue '**Catonis alterius**' speciosam auctoritatem non nemo censorio Catoni uindicare est ausus. quas sententias qui conposuerunt ne uoluisse quidem pro genuinis illius effatis uenditare ostendi mus. rhen. nou. XIIII p. 275. neque magis fraudem inputauerim aut Caecilio Balbo, quem Wölfflinius primus edidit, duo Catonis dicta tradenti, quorum alterius fontem nunc indagasse mihi uisus sum inc. orat. fr. 4. cf. mus. rh. p. 280, aut commentarii Cruquiani scriptori p. 623a, quem Ciceronis de senect. 9, 27 et ampliatoris Auianeae fabulae 5 uerba falso Catoni dedisse ibidem indicaui p. 283. fefellit autem grammaticus Virgilius Maii cl. auct. V p. 26, 63, 64, 110, 120, cum ineptias quasdam Catonis 'elegantissimi rhetoris' (ita enim ait p. 110) nomine ornauit, Ciceronis ille et Varronis et Lucani et Donati auctoritate eodem libro aliquotiens abusus. fefellit etiam saeculo decimo quinto Ioannes Annius Viterbiensis, de cuius fraude plura dicere inutile est.

Sed diuersum est genus eorum quae librarii nomine Catonis peccauerunt. quorum neglegentiae olim credebatur Thebarum Aegyptiarum mentionem a Catone fortasse originibus esse factam. sic enim Veneta Iliadis scholia IX 383 legebantur, *ὡς δὲ Κάτων ἱστορεῖ, ἡ Διόσπολις ἡ μεγάλη πρὸ τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι κώμας μὲν εἶχε τρισμυρίας, ἀρούρας δὲ γψ', ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ψ, ρ δὲ πυλαῖς διεκοσμεῖτο.* quae cum a Catone scripta esse uix ac ne uix quidem possit credi, Iacobus Bernaysius apud Wagenerum fr. orig. p. 45 recte *Μανέθων* pro *Κάτων* scribendum esse coniecit.

'**De liberis educandis**' Catonem scripsisse librarii Macrobii sat. III 6 etiam Lioni Caton. p. 45 et Bährio litt. R. hist. II p. 546 ed. tertiae persuaserunt, cum tamen et Meursius et et Maiansius ad XXX ICtorum fr. I p. 64 aliique dudum intellexissent non Catonem illa, uerum Varronem 'Cato siue de liberis educandis' libro logistorico scripsisse.

'**Epistulicarum quaestionum**' librum I Gelliani codices VI (VII) 10 Catoni uindicant. at neque tituli neque uerborum quae ibi excerpta sunt rationem ac sententiam Catonis aetati

quadrare adparet; quare Iusto Lipsio uar. lect. III 21 Ritschelio mus. rh. nou. VI p. 538 aliisque Varronem pro Catone restituentibus adsentiendum est. quanquam scio nec Maduigium de Catone dubitasse et Ellendtium satis inepte 'epistulas' cum 'quaestionibus epistolicis' confudisse hist. eloq. p. 24 ed. alt.

De 'Poenorum historia' ex Festi uerbis male restitutis procusa in IIII originum librum disputaui p. LII.

Tertium est genus eorum quae sola recentiorum lenitate in reliquias Catonis inlata sunt. quorum grauissimum est quod cum Diomedes p. 3 0 Keil. in chriarum declinandarum exemplis haec proponeret, *M. Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus iucundiores*, ac deinceps *leges neruos esse ciuitates*, ea et Lion p. 91 et Bolhuisius p. 219 pro Catonianis dictis secure habuerunt. quode u. mus. rh. p. 274. deinde Bolhuisius ea quae sunt Porcii Licini apud Varronem de l. L. VI 163 VII 104 et Porcii Censorini apud Senecam exc. controu. III p. 362 Burs. Catoni adscripsit p. 216, 219, 210. a quo uitio A. Lion utrum casu an consilio abstinuerit mihi non constat. idem Bolhuisius *autumnitatem* uocabulum quod Fortunatianus III p. 90 Caperonn. Catoni tribuit, non debebat adscribere p. 216 cum libro de r. r. 5 legi ipse indicet.

ORIGINVM RELIQVIAE.

ORIGINVM RELIQVIAE.

Corn. Nep. Cat. 3, 2—4 'Senex (Cato) historias scribere instituit. earum sunt libri septem. primus continet res gestas regum populi Romani, secundus et tertius unde quaeque ciuitas orta sit Italica: ob quam rem omnes origines uidetur appellasse. in quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. atque haec omnia capitulatim sunt dicta; reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Seruii Galbae, qui diripuit Lusitanos; atque horum bellorum duces non nominauit sed sine nominibus res notauit. in iisdem exposuit quae in Italia aut fierent aut uiderentur admiranda. in quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina'.

LIBER I.

1. Si queis homines sunt quos delectat populi Romani res gestas describere.

2. *Cicero pro Plancio c. 27, 66* 'Etenim M. Catonis illud,

Liber I. 1. Pompeius in art. Donat. p. 254 Lind. 'Sic si dixeris, a qui, a quibus' erit . . . si qui tibi dicat, fac inde nominatiuum pluralem, necesse habes facere hi ques. Si ques' e. q. s. Seruius art. gramm. p. 506 Lind. 'Et nominatiuus pluralis qui apud ueteres geminus fuit, hodie ab usu recessit. dicebant enim ueteres qui et quies . . Cato quoque origines sic inchoat: si quies sunt homines.' Seruius ad Verg. Aen. I 95 'A tertia declinatione in usu sunt (pronominis qui) datiuus et ablatiuus plurales, licet antiqui omnibus usi sint casibus. Cato in originibus ait: si ques sint populi.' *(Haec Catonis desunt in Cassellano.)*

2 Iustinus praef. 5 'Vt otii mei cuius et Cato reddendam operam putat apud

---

5 est bellum *Vossiani (?)*, est *om. cod. colleg. Rom. et Bormannus, qui uerba* atque—dicta '*parenthesis loco habenda*' *ad Cornelianae narrationis breuitatem rettulit.* 9 aut fierent aut *om. Leid. Vossiani Marcian. A, Haenel. cod. coll. Rom. Medic.* 11 multa doctrina *Leid. Patau. (?)* 12 queis *scripsi*, quies *Seruius arte l. c.*, ques *Pompeius, Seru. ad Aen. l. c.* populi Romani res gestas *scripsi*, populi ·R̄· gestas *Sangerm.* 1180, populi ·R̄· gesta *Sang.* 1179, populi res gestas *Lindemannus.*

quod in principio scripsit originum suarum, semper magnificum et praeclarum putaui, clarorum uirorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem extare oportere'.

3. **Dionysius Hal. ant. Rom. I, 11* 'Οἱ δὲ λογιώτατοι τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγραφέων, ἐν οἷς ἐστι Πόρκιός τε Κάτων ὁ τὰς γενεαλογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπιμελέστατα συναγαγὼν καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος καὶ ἄλλοι συχνοί Ἕλληνας αὐτοὺς (sc. Ἀβοριγῖνας) εἶναι λέγουσι τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ ποτὲ οἰκησάντων, πολλαῖς γενεαῖς πρότερον τοῦ πολέμου τοῦ Τρωϊκοῦ μεταναστάντας. οὐκέτι μέντοι διορίζουσιν οὔτε φῦλον Ἑλληνικόν, οὗ μετεῖχον, οὔτε πόλιν, ἐξ ἧς ἀπανέστησαν, οὔτε χρόνον οὐθ' ἡγεμόνα τῆς ἀποικίας οὐθ' ὁποίαις τύχαις χρησάμενοι τὴν μητρόπολιν ἀπέλιπον. Ἑλληνικῷ τε μύθῳ χρησάμενοι οὐδένα τῶν τὰ Ἑλληνικὰ γραψάντων βεβαιωτὴν παρέσχοντο'.

4. Agrum quem Volsci habuerunt campestris plerus Aboriginum fuit.

5. **Seruius ad Verg. Aen. I 6* Genus unde Latinum] 'Cato in originibus hoc dicit, cuius auctoritatem Sallustius sequitur in bello Catilinae, primum Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur Aborigines. hos postea aduentu Aeneae Phrygibus iunctos Latinos uno nomine nuncupatos.'

te ratio constaret'. cf. Suet. Galb. 9 Colum. rer. rust. II 22, 1. Symmach. ep. I 1.

3. Dionys. I 13 '*Εἰ τῷ ὄντι Ἑλληνικὸν φῦλον ἦν τὸ τῶν Ἀβοριγίνων, ὡς Κάτωνι καὶ πολλοῖς ἄλλοις εἴρηται*'. 4. Priscianus V p. 668 P. (p. 182 Hertz) 'Vetustissimi tamen . . solebant proferre et plerus plera plerum absque additione (que) . . Cato de ambitu . . idem in I originum: agrum' e. q. s. Prisc. VI p. 696 P. (p. 230 H.) 'Omnia quae faciunt feminina in is sic solebant etiam masculina proferre . . hic campester et hic campestris. Cato in I originum: agrum' e. q. s. Thesaurus nou. latin. apud Mai. cl. auct. VIII p. 389: 'Origo . . unde originalis . . et componitur pluralis hae aborigines, num·i· superfluae quaedam frutices quae non naturaliter sed uitiose in arboribus uel etiam in campis oriuntur, unde Cato ager inquit' e. q. s. id. p. 54: 'Aborigines arbutus non plantata sed sponte crescens. Cato' e. q. s.

---

15 agrum — originum *om. Carolir. et Sang. m. 1 l. V*, ager *thes. lat. p. 389*, ager quod *p. 54*, que *Reg. m. 1 l. V.* Volsci *Halberstad. bis*, Volci *thes. p. 389*, Vulsci *ceteri libri* (uulzi *Sang. m. 2 l. V*). habuer(unt) *Reg. corr. m. 2 l. V*, habuerint *Amien. l. V.* Kampestris *Carolir. l. VI*, *om. thes.* plenus *Reg. m. 1 l. V Gruter. l. VI thes. lat.* aboriginum plenus *thes. p. 54.* ab origine *Sang. m. 2 l. V Gruter. Sang. l. VI.* 19 primum Italiam appellantur *Cassellanus m. 1*, primum Italos quosdam qui appellantur *corrector 2 (= Fuld. Danielis)*.

6. **Dionysius ant Rom. II 49* ‘Κ άτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τῷ Σαβίνων ἔθνει τεθῆναί φησιν ἐπὶ Σάβου τοῦ Σάγκου δαίμονος ἐπιχωρίου. τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων Πίστιον καλεῖσθαι Δία. πρώτην δὲ αὐτῶν οἴκησιν ἀποφαίνει γενέσθαι κώμην τινὰ καλουμένην Τεστρίναν ἀγχοῦ πόλεως Ἀμιτέρνης κειμένην. ἐξ ἧς ὁρμηθέντας τότε τοὺς Σαβίνους εἰς τὴν Ῥεατίνην ἐμβαλεῖν Ἀβοριγίνων ἅμα κατοικούντων καὶ πόλιν αὐτῶν τὴν ἐπιφανεστάτην Κοτυλίας πολέμῳ χειρωσαμένους κατασχεῖν· ἐκ δὲ τῆς Ῥεατίνης ἀποικίας ἀποστείλαντας ἄλλας τε πόλεις κτίσαι πολλάς, ἐν αἷς οἰκεῖν ἀτειχίστους, καὶ δὴ καὶ τὰς προσαγορευομένας Κυρεῖς· χώραν δὲ κατασχεῖν τῆς μὲν Ἀδριανῆς θαλάττης ἀπέχουσαν ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίους σταδίους, τῆς δὲ Τυρρηνικῆς τετταράκοντα πρὸς διακοσίοις’.

7. **Seruius ad Verg. Aen. VIII 638* Curibusque seueris] ‘Cato autem et Gellius a Sabo Lacedaemonio trahere eos (Sabinos) originem referunt. porro Lacedaemonios durissimos fuisse omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum idem Cato dicit.’

8. **Seruius ad Verg. Aen. I 5* ‘Troiam autem dici quam primum fecit Aeneas et Liuius in primo et Cato in originibus testantur.’

9. **Seruius ad Verg. Aen. XI 316* ‘Cato enim in originibus dicit Troianos a Latino accepisse agrum qui est inter Laurentum et castra Troiana. hic etiam modum agri commemorat et dicit eum habuisse iugera IIDCC.’

10. **Seruius ad Verg. Aen. I 267* At puer Ascanius cui nunc

8. Seru. ad Verg. Aen. VII 158: ‘Sciendum ciuitatem quam primam fecit Aeneas Troiam dictam secundum Catonem et Liuium [I 1].’ 10. Seru. ad Verg. Aen. I 570 (= Hygin. fab. 260) ‘Licet (Anchises) secundum Catonem ad Italiam uenerit.’ Id. ad Aen. III 711 ‘Cato eum (Anchisen) ad Italiam uenisse docet.’ id. ad

---

cf. Thilo comm. de Seru. Numburg. 1856 p. 4. 2 Σαβίνου *libri, correxit Sylburgius: cf. Silius VIII 424 et Catonis fr. 7.* 5 Τεστρύναν *Chisianus.* Τεστροῦναν *Vatic.* 8 Κοτυλίας *Henr. Glareanus conl. Dionys. I 15,* Κοτύνας *libri.* 16 Gelius asco Lacedaemonio *Parisinus, qui solus e Thilonis libris haec habet.* 26 IIDCC *Parisinus, Reginensis,* ūd *Guelf. primus,* ū Dū ū dum *Guelf. secundus teste Lione,* DCC *editio Danielis.*

cognomen Iulo additur] 'Secundum Catonem historiae hoc habet fidem: Aeneam cum patre ad Italiam uenisse et propter inuasos agros contra Latinum Turnumque pugnasse, in quo proelio periit Latinus; Turnum postea ad Mezentium confugisse eiusque fretum auxilio bella renouasse, quibus Aeneas Turnusque pariter rapti sunt; migrasse postea in Ascanium et Mezentium bella. sed eos singulari certamine dimicasse.'

11. * *Seruius ad Verg. Aen. IIII 620* 'Cato dicit iuxta Laurolauinium, cum Aeneae socii praedas agerent, proelium commissum, in quo Latinus occisus est; fugit Turnus et Mezenti auxilio conparato renouauit proelium, qui idem uictus est ab Aenea. Aeneas autem in ipso proelio non conparuit. Ascanius uero postea Mezentium interemit.'

12. *Macrobius sat. III 5, 10 p. 280 Ian.* 'Adeo autem (Vergilius) omnem pietatem in sacrificiis quae diis exhibenda sunt posuit, ut propter contrariam causam Mezentium uocauerit contemptorem deorum. . . sed ueram huius contumacissimi nominis causam in primo libro originum Catonis diligens lector inueniet. ait enim Mezentium Rutulis imperasse ut sibi obferrent quas diis primitias obferebant. et Latinos omnes similis imperii metu ita uouisse: 'Iupiter, si tibi magis cordi est nos ea tibi dare potius quam Mezentio, uti nos uictores facias.'

13. * *Seruius ad Verg. Aen. I 269* At puer Ascanius — triginta magnos uoluendis mensibus orbes explebit] 'Triginta quod XXX tantum annos regnauit. uel quod Cato ait XXX annis expletis eum Albam condidisse.'

Aen. IIII 427 'Sciendum . . Catonem adfirmare quod Anchises ad Italiam uenerit'.

11. Seruius ad Verg. Aen. IX 745 'Si ueritatem historiae requiris, primo proelio interemptus Latinus est in arce (acie *Rothius*), inde ubi Turnus Aeneam uidit superiorem, Mezentii implorauit auxilium. secundo proelio Turnus occisus est, et nihilominus Aeneas postea non comparuit (comparauit *Regin.*). tertio proelio Mezentium occidit Ascanius. hoc Liuius dicit et Cato in originibus'. cf. ad VI 760 'Aeneas, ut Cato dicit, simulac uenit ad Italiam, Lauiniam accepit uxorem, propter quod Turnus iratus tam in Latinum quam in Aeneam bella suscepit.'

---

1 Catonis historiam *Fabricius. in Cassellano haec desunt* . . 11 qui idem *Mommsenius coni.*, qui quidem *editio Danielis*, qui uictus quidem est *Laurentianus s. X*, *Lion.* 12 comparauit *ed. Danielis.* 24 triginta — 26 condidisse] *Haec desunt in Cassellano.*

14. **Seruius ad Verg. Aen. XII 134* At Iuno e summo qui nunc Albanus habetur, tum neque nomen erat — prospiciens] 'Catonem sequitur, qui Albanum montem ab Alba longa putat dictum.'

15. **Dionys. ant. Rom. I 79* 'Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἰλίας γενομένων Κόϊντος μὲν Φάβιος ὁ Πίκτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιός τε Κίγκιος καὶ Κάτων Πόρκιος καὶ Πείσων Καλπούρνιος καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων οἱ πλείους ἠκολούθησαν, τῇδε γράφει'.

16. **Macrobius sat. I 10, 16 p. 78 Ian.* 'Cato ait Larentiam meretricio quaestu locupletatam post excessum suum populo Romano agros † Turacem Semurium † Lintirium et † Solinium reliquisse, et ideo sepulcri magnificentia et annuae parentationis honore dignatam'.

17. **Dionys. ant. Rom. I 74* 'Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον, ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος εἰ καί τις ἄλλος εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν'.

18. **Seruius ad Verg. Aen. V 755* Vrbem designat aratro] 'Quem Cato in originibus dicit morem fuisse. conditores enim ciuitatis taurum in dextram, uaccam intrinsecus iungebant et incincti ritu Gabino, id est togae parte caput uelati parte succincti, tenebant stiuam incuruam, ut glebae omnes intrinsecus caderent, et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum'.

17. Syncellus chronogr. p. 365 Dind. '*Πόρκιος δὲ Κάτων ἀνὴρ φιλόπονος περὶ συναγωγὴν τῶν ἀρχαιολογουμένων ἱστοριῶν μετὰ τὰ Τρωϊκὰ χρόνοις ὕστερον υλβ'*'. Ioannes Lydus de mag. I p. 122 Bekk. '*Ἀνύονται τοιγαροῦν ἐκ τῆς Αἰνείου ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου ἕως τοῦ πολισμοῦ τῆς Ῥώμης ἐνιαυτοὶ θ' καὶ λ' καὶ υ' κατὰ Κάτωνα τὸν πρῶτον καὶ Βάῤῥωνα τοὺς Ῥωμαίους.*' 18. Isidorus orig. XV 2, 3 'Locus futurae ciuitatis sulco designabatur, id est aratro: Cato, qui urbem, inquit, nouam condet, tauro et uacca aret, ubi arauerit murum faciat, ubi portam uult esse aratrum sustollat et portet et

---

3 Albonem *Parisinus.* ab] alii *Parisinus.* putant *editio Danielis.* 9 γράφει] *Fabianam narrationem adscribere inutile uisum est.* 10 Laurentiam *Bamberg. Gud.* 12 Lintirium *Bamb. Gud.*, Linterium *Cantabr. Salisb. Medic.*, lutirium *Paris. 1*, Litirium *Baroccianus.* 21 in originalibus *Laurentianus.* 22 dextra — sinistra *editio Danielis.* 23 Sauino *Laurentianus*, Gaunno *et* rauino *Bur-*

19. **Ioannes Lydus de mag. I p. 125 Bekk.* 'Οὐδὲ γὰρ ἀγνοήσας ὁ Ῥωμύλος ἢ οἱ κατ' ἐκείνου καιροῦ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν τὴν Αἰολίδα λέγω, ὥς φασιν Κάτων ἐν τῷ περὶ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιότητος Βάῤῥων τε'.

20. *Eodem conuenae et conplures ex agro accessitauere: eo res eorum auxit.

21. Propter id bellum coepit. Cloelius praetor Albanus oratores misit Romam.

22. **Dionys. ant Rom. IIII 15* 'Διεῖλε δὲ (ὁ Τύλλιος) καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, ὡς μὲν Φάβιός φησιν, εἰς μοίρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὸς καλεῖ φυλάς, καὶ τὰς ἀστικὰς προστιθεὶς αὐταῖς τέτταρας τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων ἐπὶ Τυλλίου τὰς πάσας γενέσθαι λέγει· ὡς δὲ Οὐενώνιος ἱστόρηκεν, εἰς μίαν τε καὶ τριάκοντα . . . Κάτων μέντοι τούτων ἀξιοπιστότερος ὢν οὐχ ὁρίζει τῶν μοιρῶν τὸν ἀριθμόν'.

23. Fana in eo loco conpluria fuere; ea exaugurauit, praeterquam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.

portam nocet'. 20. Gellius XVIII 12, 7 'Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter se mutata uerterent. . . M. Cato in originibus: Eodem'. e q. s. 21. Festus p. 182 M. ('Oratores) nostri alii pro legatis appellant ut Cato . . contra Thermum . . et in originum l. I: propter' e. q. s. 23. Festus p. 162 M. 'Nequitum et nequitur pro non posse dicebant . . Cato originum l. I: fana' e. q. s. Donatus ad Ter. Phorm. IIII 3, 6 Compluria] 'Sic ueteres quod nostri dempta syllaba complura dicunt. sic Cato originum secundo fana hoc loco compluria.'

manni R. Vos. 5 conuenae et *scripsi conl. Cicerone de or. I 9, 37 'an uero tibi Romulus ille aut pastores et conuenas congregasse ... uidetur' e. q. s.*, conuenit *Petau.*, conuene ut *Vatic.*, conuenae *ceteri.* 7 propterea *Ursinus.* coepit. Cloelius *Mommsenius distinxit*, coepit Cloelius. *uulgo;* Coelius *codex, correxit Aus. Popma.* PR *codex.* 8 Romam cum . . . *uulgo.* Romam cum . . . . . . alias pro decretoribus, ut Terentius *e. q. s. codex teste Keilio mus. rhen. VI p. 622, h. e.* cum [dicant] alias p. d. *itaque* cum *deleui.* 12 τέτταρας τριάκοντα *Vatic.*, τ. καὶ τρ. *ceteri.* 14 *uerba* Κάτων μέντοι τούτων, *quae in libris post* ἀμφοτέρων (*u.* 12) *leguntur, Niebuhrius h. R. II p. 429 ed. alt. in pristinam sedem restituit*, ἀμφοτέρων *post* τούτων *adscripsit, post* φυλαὶ *retinuit Mommsenius de trib. p. 5.* 16 conpluria *et* praequam *codex teste Keilio mus. rhen VI p. 621.*

24. Nam de omni Tusculana ciuitate soli Lucii Mamilii beneficium gratum fuit.

25. Antemna. ueterior est quam Roma.

26. Sed lucus Capenatis.

27. Igitur tertio pedatu bellum nobis facere.

28. Veteris prosapiae.

29. Inde est ferme mille passum.

30. Vehes ligni.

LIBER II.

1. Ligures omnes fallaces sunt . . ., † sed ipsi unde oriundi sunt exacta memoria, inliterati mendacesque sunt et uera minus meminere.

2. Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui.

24. Priscian. VI p. 694 P. (p. 227 Hertz) 'Soli pro solius Cato in I originum: nam e. q. s. id. p. 717 (266) Cato in I originum — soli pro solius'. 25. Priscian. VI p. 716 P. (p. 264 Hertz) 'Quamuis ueter etiam analogia exigit . . cum comparatiuus ueterior et superlatiuus ueterrimus ueter desiderent positiuum. Cato in I originum: Antemna' e. q. s. 26. Priscian. IIII p. 629 P. (p. 129 Hertz) 'Perfecta (denominatiuorum in às) inueniuntur apud antiquissimos in tis desinentia . . . Cato censorius in I originum: Sed' e. q. s. 27. Nonius p. 64 'Pedato positum pro repetitu uel accessu . . . Cato originum lib. I: igitur' e. q. s. 28. Nonius p. 67 'Prosapies generis longitudo dicta a prosupando uel proserendo. Cato originum lib. I: ueteris p'. 29. Gellius I 16, 4 '(mille numero singulari dictum) . . M. Cato in primo originum: inde' e. q. s. 30. Charis. I p. 55 P. (p. 72 Keil) 'Lignum singulariter dici semper debet in multitudine. Cato originum I: uehes inquit l.'

Liber II. 1. Seruius ad Verg. Aen. XI 700 Apenninicolae bellator filius Auni] 'Quia Liguria maiore parte sui in Apennino est constituta. Ligures autem o. f. s.

---

1 tus(s)culana *Bern. p. 717.* solii *Gruterianus bis.* Lucii *libri p. 717*, luc(i)lia *Reg.*, lucilii *ceteri p. 694.* mamillii *Sang. p. 694*, mamellii *Sang. p. 717*, mammilii *Carolir. ib.* benificium *Carolir. p. 694.* 3 Antempna *Lipsiensis 2 Krehlii*, Antemnantia *ceteri, quod ex gloss.* (antea) ueterior *uel ex* (ante a.) Antemna (*h. e.* ante amnem *cf. Varr. de l. l. V 28 al.*) *ortum esse Hertzius suspicatur*, Antemna etiam *Bormannus coni.* 5 pedatu *Turnebus coni.*, pedato *libri, cf. frg. ap. Charis. p. 191, Flau. Caper p. 2243 P.* fecere *Acidalius coni.* 6 ueteres prosapia *libri, genetiuum scripsi propter imitationem Sallustii Iug. 85, 10,* ueteres prosapias *Mercerus, alia alii.* 7 passum *Reg. Rottend.*, passū *Vat. cf. Liu. V 26, 5* passuum *ante Hertzium.* 9 *Conposuit duas particulas Aus. Popma, quarum priore alterius sententiam breuiter referri Bormannus putauit. sed Nigidius quoque l. 'insidiosos fallaces mendaces' Ligures dixit. quaedam intercidisse uidentur.* sed ipse *Paris.*, sedis *coniecit Mommsenius.* 10 nimus *Paris.*

3. Neque satis habuit quod eam in occulto uitiauerat, quin eius famam prostitueret.

4. * *Plinius nat. hist. III 17, 124 Sill.* 'Nouaria ex Vertamocoris orta Vocontiorum hodieque pago, non, ut Cato existimat, Ligurum . . . Orobiorum stirpis esse Comum atque Bergomum et Licini Forum aliquot circa populos auctor est Cato sed originem gentis ignorare se fatetur . . . in hoc situ interiit oppidum Orobiorum Parra, unde Bergomates Cato dixit ortos.'

5. * *Idem III 20, 133* 'Euganeae gentes, quarum oppida XXXIIII enumerat Cato'.

6. * *Idem III 20, 134* 'Lepontios et Salassos Tauriscae gentis idem Cato arbitratur'.

7. * *Seruius ad Verg. Georg. II 159* 'Larius lacus est uicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in originibus per sexaginta tenditur milia'.

8. * *Plinius nat. hist. III 15, 116* 'In hoc tractu interierunt Boi, quorum tribus CXII fuisse auctor est Cato'.

9. * *Idem III 19, 130* 'Venetos Troiana stirpe ortos auctor est Cato, Cenomanos iuxta Massiliam habitasse in Volcis'.

10. * Ager Gallicus Romanus uocatur,. qui uiritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. in eo agro aliquotfariam in singula iugera dena cullea uini fiunt.

sicut ait Cato in secundo originum libro'. id. ad v. 715 Vane Ligur] 'Possumus tamen hic et mendacem uerius accipere .. Nigidius .. Cato originum (II *add. Daniel. om. Paris.*) cum de Liguribus loqueretur: Sed' e. q. s. 2. Charis. II p. 181 P. (p. 202 Keil) 'Industriosissime M. Cato originum II: pleraque' e. q. s. 3. Gellius XVII 13, 4 (quin positum ut quasi priori uideatur contrarium, *cf. ad. II 8*) .. 'in secunda quoque origine (secundo origiñ *Petau.*) M. Cato non longe secus hac particula usus est. neque' e. q. s. 10. Varro rer. rust. I 2, 7 '(Argos) in qua terra iugerum unum denos et quinos denos culleos fert uini, quot quaedam in Italia regiones. An non M. Cato scribit in libro originum sic, ager' e. q. s. (Nonius p. 197 'Varro de r. r. I: in — fiunt' cf. Colum. III 3, 2) Plinius nat. h. XIIII 4, 52 'Idem Cato denos culleos ex iugeribus redire scribit'. Grammat. de gener. nominum p. 76 Haupt 'Culleum generis neutri, ut Cato cullea uini'.

---

1 eã (*corr. ex* eũ) *Vossian.*, eum *ceteri.* oculto *Lugdun.* uiciauerant *Regius.* 2 prostituerat *Lugdun.* 3 Vertamocoris *Leid.*, Vertacomacoris *Riccard.* 9 eucane e *Riccard.*, Euganea *Leid.* 11 Tauriscae *Leid.*, Teutrisque *Tolet. Riccard.* 14 sexaginta *Paris. ed. Danielis*, quadraginta *Vatican. Guelf. 1.* 19 Volscis *Leid.* 20 Cesarem inund[illegible]s (Cis Aremin. datus *in margine*) *Politiani codex teste Keilio, emendauit P. Victorius.* 21 picicencium *Politiani codex alter*, Picentem *Schneiderus.* 22 fiunt] sunt *Politiani cod. 2.*

11. *In Italiam Insubres terna atque quaterna milia succidiarum aduehere; sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit neque progredi usquam. itaque eas, siquis quo traicere uolt, in plaustrum imponit.

12. Papauer Gallicanus.

13. **Seruius ad Verg. Aen. X 179* 'Alpheae ab origine Pisae] 'Cato originum [II] qui Pisas tenuerint ante aduentum Etruscorum negat sibi conpertum, sed inueniri Tarchonem Tyrreno oriundum, postquam eorundem sermonem ceperit, Pisas condidisse cum ante regionem eandem Teutanes quidam Graece loquentes possederint'.

14. **Seruius ad Verg. Aen. X 567* 'Metabus . . pulsus fuerat a gente Volscorum quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur, quod Cato plenissime executus est'.

15. **Plinius nat. hist. III 8, 51* 'Intus coloniae Falisca Argis orta, ut auctor est Cato'.

16. *In Sauracti et Fiscello caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos.

17. **Seruius ad Verg. Aen. VII 697* Lucosque Capenos]

11. Varro rer. rust. II 4, 11 'De magnitudine Gallicarum succidiarum Cato scribit his uerbis, in' e. q. s. 12. Charis. I p. 64 P. (p. 83 Keil) 'Papauer . . genere masculino . . Cato originum secundo: p. g.' 16. Varro rer. rust. II 3, 3 'Caprarum genus mobilius esse de quarum uelocitate in originum libro Cato scribit haec: in' e. q. s. Crescentius IX 76 'Cato scribit in Fiscello, Sauracti esse capras quae' e. q. s.

---

1 In Italia *libri*, in Italiam *coni. Aemil. Hübnerus.* Insubres *Turnebus*, in scrobes *libri.* milia aulia succidia . uere *libri*, milia succidiarum aduehere *scripsi;* milia a uila Succi Duumuirei *Scaliger*, millia succidiae habere *Turnebus.* 4 uolet in plastrum *teste Keilio cod. Politiani*, uult in plostrum *uulgo.* 7 originum II *scripsi*, *u. proleg.*, originum *omisso numero Paris. (qui e Thilonis libris solus haec habet), editio Danielis*, originum I *Lion.* tenuerunt *ed. Danielis.* 8 inuenerit *Paris.*, *fortasse* inuenitur. Tharchonem *Paris.*, Trachonem *ed. Danielis.* thyrreno *Paris.* 9 eurundem *Paris.* sermonum *Paris. ed. Danielis*, eorundem sermonem *a grammatico 'graece loquentes' respiciente neglegenter scriptum esse Mommsenius iudicauit. mihi haec corrupta uidentur.* 10 Teutones *Paris. Dan. reliqui (?)*, *emendauit Salmasius ad Solin. p. 43 A conl. Plin. nat. h. III 5, 50.* 17 Sarenti *Politiani cod. secundus.* et Fiscello *Cluuerus Ital. antiq. p. 545*, et *omittunt libri. cf. Varr. rer. rust. II, 1, 5.*

'Hos dicit Cato Veientum [iuuenes] condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam cum adoleuissent, miserat.

18. *Marsus hostem occidit prius quam Paelignus; propterea Marrucini uocantur, de Marso detorsum nomen.

19. **Plinius nat. hist. III 14, 114* 'Ameriam . . Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIIII prodit'.

20. *Ideo Grauiscae dictae sunt, quod grauem aërem sustinent.

21. Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laeuius Tusculanus dedicauit dictator Latinus, hi populi communiter, Tusculanus, Aricinus, Lanuuinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis Rutulus.

18. Priscian. VIIII p. 871 P. (p. 487 Hertz) 'Torsi quoque et tortum et torsum facit, itaque tortores et torsores dicuntur. Cato in IIII (secundo *Bernensis prob. Wagener., numerum om. Sangall.*) originum: Marsus' e. q. s. 20. Seruius ad Verg. Aen. X 184 'Intempestas Grauiscas accipiamus pestilentes et secundum Plinium in naturali historia et (et — et: *haec pro gloss. habeo*) secundum Catonem in originibus; ut intempestas intelligas sine temperie, id est tranquillitate. nam ut ait Cato: ideo' e. q. s. 21. Priscian. IIII p. 629 P (p. 129 Hertz) 'Denominatiua . . tam in is quam in as solere proferri *(u. ad l. I fr. 25)* . . Cato censorius in I originum . . in II . . ibidem: lucum e. q. s. Ardeatis dixit pro eo quod nunc dicimus Ardeas'. VII p. 761 (p. 337 Hertz) 'Quod autem per syncopam proferuntur (Ardeâs etc.) uetustissimorum usus comprobat. Cato orig. I . . idem in eodem (l. II fr. 28) . . idem in eodem populus' e. q. s.

---

1 hos — miserat] *haec absunt a Thilonis libris.* iuuenes *addidit Wagenerus,* filios condidisse Veientum regis (*delcto* auxilio) *Cluuerus coni. Ital. ant. II p. 548, qui* hos *ad* lucos Capenos *referri uidit,* Veientum iuuentutem fuisse oppidumque condidisse *Niebuhrius hist. Rom. I p. 122 ed. alt.* 3 Paelignus *Halberst. Amien.*, Pelignus *reliqui.* propterea Marrucini uocantur *om. Sangall.* 4 Marsucini *Caroliruh.*, marucini *Regius*, masucini *Lugdun.* 7 Ideo *e. q. s.] haec pro Catonis uerbis haberi solent. uereor ne Seruii haec* ut intempestas — nam, ut ait Cato, ideo Grauiscae — *e. q. s. inani ambitu repetant Catonis sententiam breuiter ante significatam.* 8 dianum *Halberst.* arcino *Sang.* egregius *Gruterian.* Laeuius *coni. Hertzius*, laebius *Halberst.*, lebius *Reg. Bern. Amien.*, Baebius *Sang.*, bebius *Carolir.*, breuius *Lugd.*, *cf. Mommsenius de dial. p. 295.*
9 dedicabit *Gruter.* dicator *Reg.* latinos hi *Amien.*, latinus in populi commoniter *Caroliruh.*, populus communiter Tusculanus (tusculanus communiter *Carol.*) *libri lib. VII.* 10 arricinus *Carolir.*, arcinus *Bern. Sang.* lan*ubinus (u *superscr.*) *Carolir. l. IIII*, lanubinus *Grut. ib.*, lanuimus (n *superscr.*) *Reg. l. VII*, lauinus *Sang. Grut. Carol. ib.* tiburt' *Bern. l. III*, tyburtis *Sang. Grut. l. VII* 11 mometinus *Reg. ib.* Rutulus

22. **Schol. Veron. ad Verg. Aen. VII 681 p. 99 Keil* 'Cato in originibus ait Caeculum uirgines aquam petentes in foco inuenisse ideoque Vulcani [filium eum ex]istimasse, et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum. hic colle[cticiis] pastoribus urbem Praeneste fundauit.

23. *Quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit.

24. **Solinus polyhist. 2 p. 9 F Salm.* 'Tibur autem sicut Cato testimonium facit, a Catillo Arcade praefecto classis Euandri conditum est'.

25. In campo Tiburti, ubi hordeum demessuit, idem in montibus serit, ibi hordeum idem iterum metit.

26. *Seruius ad Verg. Aen. V 564* Polite progenies] 'Illum dicit quem supra a Pyrrho induxit occisum, de quo Cato in originibus dicit quod ad Italiam uenerit et segregatus ab Aenea condiderit oppidum Politorium a suo nomine'.

27. *Lauini boues immolatos, priusquam caederentur, profugisse in siluam.

22. Seru. ad Verg. Aen. l. l. 678 (Diuorum fratrum soror puerum enixa erat) 'quem uirgines aquatum euntes iuxta ignem inuentum sustulerunt, qui a fonte haud longe erat. unde Vulcani dictus est filius. Caeculus autem ideo, quia oculis minoribus fuit, quam rem frequenter efficit fumus. hic postea collecta multitudine, postquam diu latrocinatus est, Praenestinam ciuitatem in montibus condidit'. 23. Id. ad 682 Altum Praeneste] 'Cato dicit q u i a' e. q. s. Festi exc. p. 224 M 'Praeneste dicta est quia is locus quo condita est montibus praestet'. 25. Priscian. X p. 903 P. (p. 537 Hertz), cf. de XII uerss. Aen. §. 132, 'E breui antecedente in lo duo inueni, peto petiui et meto messui. Cato in II originum i n' e. q. s. 27. Seruius ad Verg. Aen. X 541 'Saue immolari dicuntur hostiae non cum caeduntur sed cum accipiunt molam salsam. Cato in originibus ita ait: L a u i n i' e. q. s.

deest l. VII: cf. Klausen. Aen. p. 810. Rutulum Ardeatem populis Latinis opponi Mommsenius quoque arbitratur. 11 tyburti *Bern.*, tiburtino *Lindemanni cod. S de XII uerss. Aen.* ordeum *Carolir. Bamb. Sang. Lugdun.* demesuit *Lugdun.* Idem *Regius*, *alii.* 12 ihi *Regius m. pr. Bern. Amien.*, ubi *Reg. m. sec.*, *ceteri*, *editiones.* ordeum *Halberst. Sang. Carolir. Lugd.* 17 Lauini *Parisinus, qui solus e Thilonis libris haec exhibet*, Lauius *Daniel.*; ab aris *coni. Rothius.* immolatus *Paris.*, *Daniel.* 18 Siciliam *Paris. Daniel.*, syluam *scripsit Brissonius de form. I 27 fortasse de coniectura. simile 'hostiae effugiae' (Seru. ad Verg. Aen. II 140) prodigium C. Hostilio Mancino euenisse narrat Val. Max. I 6, 7: 'cum Lauinii sacrificium facere uellet, pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiuerunt'. cf. Obseq. pro-*

28. Siquis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur.

29. Itaque res uber fuit, antequam legiones. . . .

30. . . qui aquatum ut lignatum uidentur ire, securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro conligatum auferunt.

31. Si inde nauis putidas atque sentinosas commeatu onerare uolebant.

32. Ex sale, qui apud Karthaginienses fit.

28. Priscian. IIII p. 629 P. (p. 129 Hertz) 'Sunt alia in as denominatiua . . . perfecta eorum inueniuntur apud antiquissimos in tis . . (*u. ad l. I fr. 25*) Cato Censorius in I originum . . . in II (Idem in II *Amien. Bern.*): si' e. q. s. id. VII p. 761 P. (p. 337 Hertz) 'Cato in I originum . . idem in eodem: si' e. q. s. 29. Priscian. V p. 647 P. (p. 152 Hertz) 'Vber ὁ εὐθαλής καὶ ἡ εὐθαλής καὶ τὸ εὐθαλές. Lucretius . . Cato in II originum (nel oci uirginum *Lugdunensis corr.*): itaque' e. q. s. 30. Nonius p. 208 (gelu generis masculini) . . 'Cato originum lib. II: qui' e. q. s. 31. Nonius p. 152 'Putidum putre . . . Cato originum lib. II (*inter l. V fr. collocauit Wagenerus*): si' e. q. s. 32. Priscian. V p. 659 P. (p. 171 Hertz) 'Hic et hoc sal. Cato in II (secundo *Bern.* III *Lugdun.*): ex e. q. s. Alcuin. p. 2091 P. 'Hic et hoc sal. Cato: ex' e. q. s.

dig. 24 1 esset *m. sec. Regii l. IIII* est et *Amien. Bern. Sangall. ib.*, est et *Caroliruh. ib.* eiusdem *Amien. ib.* haeredem *Lugdun. ib.* non sequuntur *Amien. Sangall. ib.* non sequuntur, *Lugdun. ib.* vel non consequuntur *Bernensis ib.* N secuntur (*in mg.* ∴ con), *Reg. m. 2 l. VII* sequuntur *Bern.*˙ *Lugd. Carol. ib.* 3 legiones] *libri mutilam exhibent sententiam, in Heidelberg. codice gloss.* s. accederent *adscriptum.* uastassent regiones *uel* legiones *editiones ante Hertzium.* 4 . . qui] libri qui *Harlei. (m. 1 add. hoc signo ' ') Guelferb.*, libyi qui *ceteri:* Lilui qui *coni. Rothius*, libri *uel* libyi, *quod ex repetitione notae* lib. II *ortum est, deleui.* aquatū *Voss.*, quantū (u *inducta*) *Harlei.* ut *Lipsius epist. quaest. I 13*, et *libri.* iubentur *Lipsius l. c.* 5 lorum *Lipsius l. c.*, solum folum *Voss.*, solum *ceteri libri.* exludunt (l *inducta*) *Harlei.*, exhidunt *Voss.* conligatūs *Voss.* aufer̃ *Harlei.* 7 Si inde nauis *scripsi*, si inde ignauis *libri (praeter deter. Periz. 16* si cum, *Leid. 159* suum, *Periz. 64* ignarus*)*, si indu naues *coni. Scaliger*, si inde in n. *Roth.* si cunctas *Wagener.* potidas atque sentinotas *Voss.*, semirosas *Scaliger.* commeatu monere *libri.* onerare *Scaliger*, ponere *Lipsius.* 9 Karthaginienses (*ex* Karthaginiensis *corr.*) *Halberst.*, Kartagineuses *Sang.*, chartaginensis *Carolir.*, cartaginensis *Lugd.*, carthaginenses *Reg.*

33. In maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimauit.

34. Quescumque Romae regnauissent.

LIBER III.

1. † Thelunti Tauriani uocantur de fluuio, qui propter fluit. id oppidum Aurunci primo possederunt, inde Achaei Troia domum redeuntes. in eorum agro fluuii sunt sex, septimus finem Rheginum atque Taurianum dispertit. fluuii nomen est † Pecoli. eo Orestem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum uenisse, et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem uiderunt quem Orestes abiens reliquisse dicitur.

2. * *Velleius Pat. I 7* 'Quidam huius temporis tractu (Hesiodi tempore) aiunt a Tuscis Capuam Nolamque conditam ante annos fere octingentos triginta, quibus equidem assenserim. sed Marcus Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam, stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter ducentis sexaginta. quod si ita est, cum sint a Capua capta anni ducenti quadraginta, ut condita est anni sunt fere quingenti. ego, pace diligentiae Catonis dixerim, vix crediderim tam mature tantam urbem creuisse floruisse concidisse resurrexisse'.

3. * *Seruius ad Verg. Aen. III 402* Hic illa ducis Meli-

33. Festus p. 306 M. 'Sublimauit dixit [Cato] id est in altum extulit originum l. II: In' e. q. s. cf. Paul. Festi p. 58 'Claritudinem, claritatem'. 34. Charis. I p. 70 P. (p. 91 Keil) 'Ques autem dixisse ueteres testimonio est Cato qui ait originum II: quescunque' e. q. s. Prisc. XIII p. 960 P. (p. 9 Hertz) 'Nominatiuum quoque pluralem . . etiam in es, qui quae uel ques . . Cato: quescumque' e. q. s.

Liber III. 1. Probus ad Verg. Buc. V p. 3 sq. Keil 'Orestes post parricidium furens responso didicit quod deponeret furorem ita demum, si reperta sorore Iphigenia ablueretur [fluuio quod septem fluminibus confunderetur], diu uexatus cum Tauricae Iphigeniam reperisset, uenit ad fines Rheginorum, ibique inuento flumine elutus traiecit in Siciliam . . . huius autem fluminis apud quod purgatus est Orestes Varro meminit Humanarum XI sic: . . . . item Cato originum III: Thelunti' e. q. s.

---

3 quescunque *Lugd. Carolir. Prisciani.* regna uidissent *Bernens. Prisc.* 4 Thelunti *Parisinus liber*, Thescunti *Vatic.*, Rhegini Taurocini *ed. Egnatii;* Thesunti *Dübnerus coni.*, Facelini *Wagenerus.* quod *Paris.* 5 possiderunt *Vaticanus.* 7 Taurianum *scripsi*, Taurinum *libri, ed. Egnatii.* Pecoli . eo *Dübnerus*, Pecolieo *Paris., Vat.*, Paccolico *ed. Egn.:* Phacelini *Hermannus opusc. II 73*, Faceli . eo *Wagenerus. u. prolegom.*

boci parua Philoctetae subnixa Petilia muro] 'Multi ita intelligunt, non Philoctetae Petilia sed Philoctetae muro. nam ait Cato a Philoctete condita iampridem ciuitate murum tantum factum'.

4. **Plinius nat. hist. III 11, 98* 'Praeterea interisse Thebas Lucanas Cato auctor est'.

5. Equos respondit, oreas mihi inde, tibi cape flagellum.

6. Laserpitium pro pulmentario habet.

7. Multo pulmento usi.

8. Haut eos eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui sient.

9. **Seruius ad Verg. Aen. IX 603* Durum a stirpe genus] 'Italiae disciplina et uita laudatur, quam et Cato in originibus et Varro in gente populi Romani commemorat'.

10. **Seruius ad Verg. Aen. III 707* Drepani portus] 'Cato pluraliter haec Drepana dicit'.

LIBER IIII.

1. Non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut quid obstiterit.

5. Festus p. 182 M. 'Oreae freni quod ori inferuntur (ore inseruntur *Paulus*) Titinius . . Cato originum L. III: Equos' e. q. s. 6. 7. Charis. I p. 56 P. (p. 73 Keil) 'Pulmentum et pulmentarium dicitur. nam Cato originum III: laserpicium — habet. in eodem: multo' e. q. s. Exc. orth. p. 2796 P. 'Pulmentarium et pulmentum dicitur: nam Cato in originum tertio libro: laserpitium — habet. idem, multo' e. q. s. 8. Gellius XVII 13, 3 'Quin particula — aliter dici putatur — cum — dicimus: quin uenis — aliter autem cum sic componimus quod quasi priori uidetur contrarium: non idcirco — quin; a quo illa significatio non abhorret quae est in tertia origine M. Catonis. Haut eos, inquit' e. q. s.

Liber IIII. 1. Gellius II 28, 6 'Sed de lunae solisque defectionibus non minus in eius rei causa reperienda sese exercuerunt. quippe M. Cato uir in cognoscendis rebus multi studii incerte tamen et incuriose super ea re opinatus est. uerba Catonis ex originum quarto haec sunt: non' e. q. s.

6 oreat *codex teste Keilio mus. rhen. VI p. 622*, aureas *alii legisse uidentur: cf. Paulus p. 27.* 7 suo *post* pulmentario *inseruit Putschius.* 9 aut *Lugdunensis.* quin ** populi *Vossianus.* & ** strenui *Vossianus.* 10 fient *Regius*, *Lugd.*, sint *Petauianus.* 16 iubet *Regius*, lubeis *Vaticanus.* 17 quociens *Rottendorf.*, *Vatic.* lunine *Reg. Vat.*, *recepit Hertzius*, lumini *ceteri.*

2. Mapalia uocantur ubi habitant, ea quasi cohortes rotundae sunt.

3. Compluriens eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros in castris occidere, compluriens multi simul ad hostis transfugere, compluriens in imperatorem impetum facere.

4. Imperator noster, siquis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit.

5. Siquis membrum rupit aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscitur.

6. **Seruius ad Verg. Aen. IIII 682* Extinxti te meque, soror, populumque patresque Sidonios urbemque tuam] 'Quidam hoc loco uolunt tres partes politiae comprehensas, populi, optimatium, regiae potestatis. Cato enim ait de tribus istis partibus ordinatam fuisse Carthaginem.'

7. * *Gellius III 7, 1* 'Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris originum de Q. Caedicio tribuno militum scriptum reliquit. id

2. Festus p. 146 M. 'Mapalia casae Poenicae nocantur, in quibus quia nihil est secreti, solet solute uinentibus obici id nocabulum. Cato originum libro quarto: m a p a l i a' e. q. s. Seruius ad Verg. Aen. I 421 Miratur molem Aeneas magalia quondam] . . . 'Cato originum (*numerum om. Cassell.* originum primo *Paris. 1250*) m a g a l i a a e d i f i c i a q u a s i c o o r t e s r o t u n d a s d i c i t'. (*ita Cassell.* c. rotundas dr̄ *Paris. 1250*). 3. Gellius V 21, 17 'Ab eo quod est compluria aduerbium est factum compluriens . . Plautus . . item M. Cato in IIII Originum eodem in loco ter hoc uerbum posuit. c o m p l u r i e n s' e. q. s. Nonius p. 87 'Conpluriens frequenter. Cato . . Idem Originum l. IIII: c o n p l u r i e n s — o c c i d e r e'. 4. Gellius XI 1, 6 'Cum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique ueterum locuti sunt, multam dixit, et, multa dicta est, non esse abs re putaui notare quod M. Cato (M. C. *Bern. Lugd.*) aliter dixit. nam in quarto (·IIII^o^· *Bern. Magliab.*) originum uerba haec sunt: i m p e r a t o r' e. q. s. 5. Priscian. VI p. 710 P. (p. 254 Hertz) 'Hoc os correptum 'ossis . . . quidam tamen ueterum et hoc ossu et hoc ossum proferebant, unde Pacuuius . . . Cato tamen os protulit in IIII originum: s i q u i s' e. q. s.

1 mapalia *Festi liber*, magalia *Seruius (Cassell. Paris. 1250), quod probauit Wagenerus (u. proleg.).* coortes *Seruii Paris.* ortes *Cassell.* rotunda *coni. Salmasius exerc. Plin. p. 219: cf. Scaliger coni. p. 128.* 3 mercēnarii *Rottend.*, mercenarii *Reg. Vat.* se *Reg. Vat. liber Thysii*, sese *ante Wagenerum et Hertzium.* inulti *Mercerus ad Nonium e coniect.*, *Nonii cod. Turic. sec.* tumultuari alteri *coni. Bolhuisius.* in castris *om. Gellius.* 5 in impetum *Regius.* facere *Reg. Rott. Vat. Thysii cod*, fecere *Lion.* 8 m̄brum *Bern.* 9 olciscitur *Bamberg.* 17 de q̄ cecidio *Regius*, quinto ce *dicio *Sangerm.*, deq̄ *Vatic.*

profecto est ad hanc ferme sententiam. imperator Poenus in terra Sicilia bello Karthaginiensi primo obuiam Romano exercitu progreditur, colleis locosque idoneos prior occupat. milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium. tribunus ad consulem uenit, ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia maturum. censeo, inquit, si rem seruare uis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad u e r r u c a m illam (sic enim Cato locum editum asperumque appellat) ire iubeas, eamque uti occupent imperes horterisque. hostes profecto, ubi id uiderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos praeuertentur, unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. alia nisi haec salutis uia nulla est. 'consul tribuno respondit, consilium quidem istud aeque prouidens sibi uiderier. sed istos, inquit, milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit qui ducat? si alium, inquit tribunus, neminem reperis, me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et rei publicae animam do. consul tribuno gratias laudesque agit. tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. hostes eorum audaciam demirantur, quorsum ire pergant, in expectando sunt. sed ubi apparuit ad eam uerrucam occupandam iter intendere, mittit aduersum illos imperator Karthaginiensis peditatum equitatumque,

7. V e r r u c a m] Quintilianus inst. or. VIII 3, 48 (*Ταπείνωσις*) 'qua rei magnitudo uel dignitas minuitur, ut s a x e a e s t u e r r u c a i n s u m m o m o n t i s u e r t i c e'. (*eadem habet anecd. Paris. rhet. p. 20 ed. Eckstein, ubi* uerruga *et* uerticae *legitur*) id. ib. 6, 14 'Sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id de quo modo dixi s. e. u.' *(Fr. Gronouius haec Catonis esse monuit, qua de re dubitari potest.)* Nonius p. 187 'Verrucam positum pro loco edito. Cato libris originum: (6) c e n s e o — (9) i m p e r e s' *(haec Gelliana sunt.)*

---

3 colleis *(m. rec) Reg.* 7 reseruare *Vatic.* quadringentes *Nonii Guelferb.* 15 consilium — prouidens *Regius*, *probauit I. Fr. Gronouius:* consilium quidem atque pronidens *Rottend.*, consilium istuc quidem atq; *Vatic.*, consilium quidem filum atque *Sangerm.*, *quod recepit Wagenerus inserto* istuc *ante* atque. 23 ad eam *I. F. Gronouius*, adē (e) *Rottend.* eadem *Vatic.*, eamdem *Reg.* (ad *m. rec.*), eandem *Sangerm.*, eos ad eam *coni. Bormannus.*

quos in exercitu uiros habuit strenuissimos. Romani milites circumueniuntur, circumuenti repugnant, fit proelium diu anceps. tandem superat multitudo. quadringenti omnes cum uno perfossi gladiis aut missilibus operti cadunt. consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos tutos atque editos subducit. sed quod illi tribuno, duci militum quadringentorum, diuinitus in eo proelio usus uenit, non iam nostris sed ipsius Catonis uerbis subiecimus.'

Dii immortales tribuno militum fortunam ex uirtute eius dedere. nam ita euenit, cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen uulnus capiti nullum euenit, eumque inter mortuos defetigatum uulneribus atque quod sanguen eis defluxerat cognouere, eum sustulere, isque conualuit, saepeque postilla operam rei publicae fortem atque strenuam perhibuit illoque facto quod illos milites subduxit exercitum seruauit. sed idem benefactum quo in loco ponas nimium interest. Leonides Laco qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius uirtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decorauere monumentis signis statuis elogiis historiis aliisque rebus;

14. Sed idem e. q. s.] Vopiscus Prob. 1 'Certum est quod Sallustius [Cat. 8] quodque M. Cato et Agellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes omnium uirtutes tantas esse, quantas uideri uoluerint eorum ingenia qui uniuscuiusque facta descripserint'. *(haec huc pertinere fugit editores.)*

---

4 interim dum ibi pugnatur *Regius*, inter ibi dum ea puga *Rottend. Sangerm. (nisi quod* pugna *habet Sang.)*, inter ibid̄du ea pugna *Vatican*, interibi dum ea pugna fit *coni. Wagenerus.* 8 fortuna *Rottend. Vat.* 9 ita euenit ita *Vat.*, ita euenit uti (uti *in rasura*) *Reg unde* euenit cum — (10) tum — euenerit *coni. Gronouius.* factus esse *Rottend.* 10 tamen *Vat.*, tam[7] *Reg.*, tum *Rott.* eumque *Reg.* eũ *Rott.* cunque *Sang.* cumque *uulgo.* 11 defetigatum *Rott. Vat.* defat. *ceteri.* sanguen eis *scripsi*, s eius *Hertzius;* sanguineis ei[9] *Reg.*, sanguen[is] (is *m. rec.*) *Vat.*, sanguen *Rott.*, sanguinem *Sangerm. Thys. cod.*, aegreque spirantem *ante* quod *inseruit Stephanus*, ut sanguen ore eius effinxerant *coni. I. F. Gronouius*, sanguen genis defluxerat *Iac. Gronouius.* 12 postilla *Stephanus*, *Lipsius uar. l. III 11*, post illam *libri.* 13 peribuit *Rott.* 14 seruauit huc usq; S; id' (*corr.* id) bene factum [laudatur] *Reg.* 15 Leonides lacn *(sic) Rott.* Leonid[a]es lacu qui *Vatic. corr. m. sec.*, Laco consimile *coni. I. F. Gronouius.* 16 Hermopylas *Rott. Vat.*, Temofilas *Sangerm.* 17 g̃ciam *Rott.*, graciam *corr. ex* greciam *Reg.* 18 statuis; elogiis *Hertzius.* rebus; gratissimum *distinxi.*

gratissimum id eius factum habuere. at tribuno militum parua laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem seruauerat.

8. * *Cicero de senect. 20, 75* 'Legiones nostras, quod scripsi in originibus, in eum saepe locum profectas alacri animo et erecto, unde se numquam redituras arbitrarentur'.

9. * *Plinius nat. hist. VIII 5, 11* 'Antipater auctor est duos (elephantos) Antiocho regi in bellicis usibus celebris etiam cognominibus fuisse; etenim nouere ea. certe Cato, cum imperatorum nomina annalibus detraxerit, eum qui fortissime proeliatus esset in Poenica acie Surum tradidit uocatum altero dente mutilato'.

10. Deinde duoetuicesimo anno post dimissum bellum, quod quattuor et uiginti annos fuit, Karthaginiensis sextum de foedere decessere.

11. * *Seruius ad Verg. Aen. X 13* Cum fera Carthago . . Alpes immittet apertas] 'Alpes . . quae secundum Catonem et Liuium muri uice tuebantur Italiam.'

8. *Cato apud Ciceronem l. l. non L. Brutum, Decios, M. Atilium, Sciplones, L. Paullum, M. Marcellum recordari se ait* 'sed legiones' e. q. s. Cicero Tusc. I 42, 101 'Sed quid principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur'. *huc rettulerim narrationem Senecae epist. 82, 22, qui laudato Leonida* quid, *inquit*, dux ille Romanos qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est, ire commilitones illo necesse est, unde redire non est necesse'. *nisi tamen haec omnia ad narrationem Caediciani facinoris (fr. 7) pertinent.* 10. Nonius p. 100 'Duodeuicesimo (duoetuicesimo *Merc.*) ita ut duodecimo. Varro . . . Cato in quarto originum: deinde' e. q. s. Gellius X 1, 10 'In M. Catonis quarto (quarto *Reginensis*) origine ita perscriptum est: Carthaginienses — decessere'. 11. Isidorus orig. XIIII 8, 18 'Hae (Alpes) sunt quae Italiae (in Italia *Guelf. 2*) murorum exhibent uicem'. cf. Polyb. III 54 . . '*ἀκροπόλεως φαίνεσθαι διάθεσιν ἔχειν τὰς Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας*'. Liuius XXI 35 'Hannibal . . militibus Italiam ostentat moeniaque eos tum transcendere non Italiae modo sed etiam urbis Romanae'.

---

1 a *corr.* at *Reg.*, ad *Roll. Vat.* 2 rem·pu· *Sangerm.*, publicam *omittunt Reg. Roll. Vat.* 10 Sursum *Paris. 6797.* 11 duodeuicesimo *Nonius, quod corrigendum esse patet ex Gellio V 4, ubi Catonis uerba fortasse exciderunt. cf. Perizonius animadu. hist. p. 459sq. Harl.* 12 Cartaginienses *Reg.*, *Vat*, Carthaginenses *Lugd.*, Kartaginenses *Petau.* defe*dere *Vat.* (n *eras.*), federe *Regius, Lugd., Bern.*, sextum de federe *Guelf. Nonii*, fodere (e *suprascr.*) *Harlei. Non.* 13 decernere *Nonii codices*.

12. Igitur dictatorem Karthaginiensium magister equitum monuit, mitte mecum Romam equitatum; diequinti in Capitolio tibi cena cocta erit . . . deinde dictator iubet postridie magistrum equitum arcessi; mittam te, si uis, cum equitibus. sero est, inquit magister equitum, iam rescire.

13. Duo exules lege publica [condemnati] et execrati.

14. Proelium factum depugnatumque pro castris.

LIBER V.

[ORATIO PRO RHODIENSIBVS.]

1. Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque

12. Gellius X 24, 7 'Die quarto et die quinto, quod Graeci **εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην** dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio . . sed Marci Tullii aetas et supra eam non opinor ita dixerunt, diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta . . . suppetit etiam Coelianum illud ex libro hist. II . . et historiam autem et uerbum hoc sumpsit Coelius ex origine M. Catonis in qua (quo *Reginensis*, *Lugd.*, *Voss.*, *Bern.*, *Magl.* ex III originum *Lambecius*) scriptum est: igitur' e. q. s. Macrob. sat. I 10 'Coelius . . . uerbum ex originibus M. Catonis accepit, apud quem ita scriptum est: igitur' e. q. s. Gellius II 19, 9 'Aliter dictum esse rescini et rescire apud eos qui diligenter locuti sunt nondum inuenimus quam super iis rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra spem opinionemue usu uenerint . . M. Cato in quarto originum: mittam' e. q. s. 13. Priscian. VIII p. 792 P (p. 382 Hertz) 'Deponentia . . multa antiqui tam actiua quam passiua significatione protulisse inueniuntur . . haec plerique deponentia esse confirmant . . communia uero esse defendit cum natura ipsius sensus tum ueterum non improbanda auctoritas . . Cato in IIII originum: duo — execrati. passiue **καταραθέντες**'. *(sic plerique libri,* KATAPAΘHC ΘHENAI *Reg. corr.*, **καταπραθέντης** *Bamb.)* 14. Gellius XI 3, 2 'Aliter dici uidebam pontifices pro conlegio decreuisse, aliter quempiam testem introductum pro testimonio dixisse, aliter M. Catonem in originum quarto: proelium'. e. q. s.
Liber V. Or. p. Rhod. (fr. 1—7) 1. Gellius VI (VII) 3 'Ciuitas Rhodiensis

---

1 Karthaginiensium *Regin. Voss. Magl. Petau.* (*om.* h), Carthaginensium *Lugd. Bern.* 2 equitatum Romam *Petau.* Capitolio *libri*, Capitolium *uulgo.* 3 tibi *om. Bern.* cęna *Regin.*, caena *Voss.* *post* erit *Hannibalis responsum Maharbalem postridie ad se redire iubentis desiderari uidetur. coniunxit utrumque locum Aus. Popma.*

post tridie *Vatic.*, pt (q. i.) *Rottend.* 4 mittātes uus c̄ *Rott.*, mittante si uis *Regius.* 6 legem publicam *Lugd.*, puplicam *Carolir. Sang.*, condemnati *inseruit Mommsenius*, lege publicati et execrati *coni. Wagenerus;* et exerrassi *Reg.*, et exsecrari (*uel* execr.) *celeri, nisi quod in Reg. Bern. Halb.* et *m. sec. deletum, in Halb.* exsectati *corr. est.* 7 prelium *Lugd.*, p̄liū *Bern. Sang. Petau.* 8 in rebus *Gellius XIII 25, probauit Meyerus.* atque — atque] *cf. M. Caesar. epist.*

prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere; quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo aduorsi eueniat, quod nostras secundas res confutet, neue haec laetitia nimis luxuriose eueniat. aduorsae res edomant et docent, quid opus siet facto. secundae res laetitia transuorsum

. . cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt Rhodienses legationibus Romam saepe missis id bellum inter eos componere. sed ubi ista pacificatio perpetrari nequiuit, uerba a plerisque Rhodiensibus in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut si pax non fieret, Rhodienses regem aduersus populum R. adiutarent. sed nullum super ea re publicum decretum factum est. at ubi Perses uictus captusque est, Rhodienses pertimuere ob ea quae compluriens in coetibus populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur et fidem consiliumque publicum expurgarent. legati postquam Romam uenerunt et in senatum intromissi sunt, uerbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cumque partim senatorum de Rhodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis faciendum censerent, tum M. Cato exurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus uiris intenti infensique erant defensum conseruatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur inscriptaque est pro Rhodiensibus et in quintae originis libro (ita *Regius*) scripta est. (cf. Liu. XLV 25 'ipsius oratio scripta extat originum quinto libro inclusa'.) Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus . . epistulam conscripsit ad Q. Axium, familiarem patroni, sui confidenter nimis et calide, in qua sibimet uisus est orationem istam pro Rhodiensibus acri subtilique sermone percensuisse . . culpauit autem primum hoc, quod Cato inerudite et ἀναγώγως, ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit . . ipsum deinde principium apposuit cuius uerba haec sunt: scio' e. q. s. Gellius XIII 25 (24), 14 'M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodiensibus, cum uellet res nimis prosperas dicere tribus uocabulis idem sentientibus dixit, uerba eius haec sunt: scio — augescere'. Sulpicia sat. 48 'Sententia dia Catonis scire adeo magni fecisset, utrumne secundis an magis aduersis staret Romana propago'. *(haec Sulp. uerba Rothius adscripsit.)*

ad Front. 16 p. 46 ed. Rom. 'nam uni M. Porcio me dedicaui atque despondi atque delegaui. hoc etiam ipsum atque unde putas? ex ipso furor.' 1 prolixis prosperis *Reg.*, prolixis atque prosperis *Rottend.* excellentem ad *libri deteriores.* atque superbiam *Rottend.* 2 ferosciam (s *in ras.) Vat.* quo *scripsi*, quod *libri pessum dato sententiarum nexu;* quod — quom haec res *Hauptius maluit.* m (i) nunc *Regius.* 3 pcessit (er) *Vat.* (*m. rec.* er), processerit *Meyerus.* 4 aluorsi *Vatic.* res secundas *Rottend.* confuter. ne ue *Regius*, confut &t *Rott.* 5 nimia luctuose *coni. Bolhuisius. Liuii uerba XXIII 12, 12 comparauit Peerlkampius bibl. cr. nou. III p. 399.* se domant *libri*, *emendauit Pricaeus ad Appulei. Met. VII p. 287.* 6 siet *Vatic. Rott.*, si sit *cod. Sozomeni*, sit *ceteri.* transuorsum *Vat.*, *Rott.*, transuersum *Regius.*

trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. quo maiore **opere** dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum **ex tanto** gaudio in potestatem nostram redeamus.

2. Atque ego quidem arbitror Rhodienses noluisse nos ita **depugnare**, uti depugnatum est, neque regem Persen uinci. sed **non Rhodienses** modo id noluere, sed multos populos atque **multas** nationes idem noluisse arbitror. atque haut scio an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint euenire. sed enim id metuere, si nemo esset homo quem uereremur, quidquid luberet faceremus, ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent. libertatis suae causa in ea **sententia** fuisse arbitror. atque Rhodienses tamen Persen publice **numquam** adiuuere. cogitate, quanto nos inter nos priuatim cautius facimus. nam unusquisque nostrum, siquis aduorsus rem **suam** quid fieri arbitrantur, summa ui contra nititur, ne aduorsus eam fiat: quod illi tamen perpessi.

3. Eo nunc derepente tanta beneficia ultro citroque, tan-

2. Gellius l. l. 15 'Quae deinde Cato iuxta dicit, ea, inquit (Tiro), confessionem faciunt, non defensionem translationemue criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem, quod scilicet nihil ad purgandum est. atque etiam, inquit, insuper profitetur, Rhodienses qui accusabantur, quod aduersus populum Romanum regi magis cupierint fauerintque, id eos cupisse atque fauisse utilitatis suae gratia, ne Romani Perse quoque rege uicto ad superbiam ferociamque et inmodicum modum insolescerent'. (16) eaque ipsa uerba ponit ita uti infra scriptum: atque ego' e. q. s. 3. Gellius l. l. 26 'Postea uerba haec ex eadem oratione ponit (Tiro): ea nunc — occupabimus. hoc inquit enthymema nequam et uitiosum est;

---

1 recto *Regius. Vat. Thysii cod.*, recte *ceteri.* intellegendo *Vatic.* intelligendo *ceteri* 2 opera *Rottend.* cum *Vat. Reg.*, c̃ *Rott.* 4 At ego *Vatic.* Rodienses *(et ita per totum capitulum) Vatic.* 5 Persē *Rott.*, psẹu *Regius.* uicis. non *Rottend.* uicisse non *ceteri*, *unde* uinci .sed non *ci. Hertzius.* 7 uoluisse *deteriores.* 9 metuere si] meturrēs *Regius.* 10 quicquid luberet *Rottend.*, quid qd' iubet *Vat.* (li *suprascr. m. sec.*), quid qd' lib'et *Regius*, et quicquid *Carrio coni.*, quodque *Gronouius*, quo id quod *Wagenerus.* faceremus . ne *Rott. Reg.* 11 ñre sunt libertatis *Reg.*, urẹ sent l. *Rottend.* 12 atqui *susp. Scioppius.* pse *Regius*, Persẹ *Rott.* 13 adiuuare cogitare. *Rott. Reg.*, adiuuare cogitate *Vat. Laurent.* quanto nos inter nos priuatim *Gronouius coni.*, inter ñriuatim *Rott. Reg.*, (ñri natiui *corr. m. rec.*), *Vat*, quanto nos priuatim *Lipsius elect. I 6.* 15 arbitrantur *Rott. Vat. Reg.*, *prob. Hertzius*, arbitratur *uulgo.* aduorsus ea *Rott.* aduersus ea *Reg. Vat.* 16 itam̃ perpesi *Rott.* 17 eo *scripsi*, ei *Rott*, ea *ceteri.* de repente *Reg.* tanta

tam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus uoluisse facere, id nos priores facere occupabimus?

4. Qui acerrime aduorsus eos dicit, ita dicit, hostes noluisse fieri. ecquis est tandem qui uestrorum, quod ad sese attineat, aequum censeat, poenas dare ob eam rem quod arguatur male facere uoluisse? nemo opinor. nam ego, quod ad me attinet, nolim.

5. Quid nunc? ecqua tandem lex est tam acerba, quae dicat, siquis illud facere uoluerit, mille minus dimidium familiae multa esto; siquis plus quingenta iugera habere uoluerit, tanta poena esto; siquis maiorem pecuum numerum habere uoluerit, tantum damnas esto. atque nos omnia plura habere uolumus, et id nobis impune est.

6. Sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere uoluisse quis dicit, neque fecit tamen, Rho-

responderi enim potuit: occupabimus certe, nam si non occupauerimus, opprimemur incidendumque erit in insidias a quibus ante non cauerimus' e. q. s. 4. Gellius l. l. §. 34 'Post deinde (Tiro) usum esse Catonem in eadem oratione argumentis parum honestis et nimis audacibus. nam cum obiceretur, inquit, Rhodiensibus quod bellum populo Romano facere uoluisent, negauit paene, sed ignosci poposcit, quia id non fecissent etsi maxime uoluissent; induxisseque eum dicit quam dialectici ἐπαγωγὴν appellant, . . uerba autem ex ea oratione M. Catonis haec sunt: qui' e. q. s. 5. Gellius l. l. §. 37 'Deinde paulo infra dicit: quid' e. q. s.
6. Gellius l. l. §. 38 'Postea ita dicit: sed' e. q. s.

---

nos beneficia *uulgo*, nos *om. Rott. Reg. Vat.* 1 noluisse *libri deteriores.* 2 occupauimus *Rott. Reg. Vat.* 3 hostes *Vat.*, hoste *Reg.*, ostes *Rott.* 4 et quis tandem est qui uestrorum *Rott.*, et quis est tandem q. u. *Vat.* ecquis *scripsit Gronouius.* nostrorum *deteriores.*
5 quempiam *ante* poenas *add. uulgo*, *om. Rott. Reg. Vat.* penas *Reg. Rott. Vat.* argu'atur *Rott.* 6 malefacere *Reg. Vat.* 8 quin nunc *Rott.* ecqua *coni. Meyerus*, et qua *Reg. Vat.*, et quae *Rott.* 9 mille minus *Rott. Reg. Vat. quod iure suo tuetur Huschkius anal. litt. p. 257, comparans formulam legis* [DVM · MINORIS] · PARTVS · FAMILIAS. TAXSAT *quae est in tab. Bantina* 2, 12 *(cf. Klenzius comm. philol. p. 15) et apud Festum p. 246 M. F. Gronouius, alios ut taceam*, *coni.* mille nummum dimidium familiae. 11 pecuum] *cf. Festus p. 246 M. 'Pecuum cum dicit M. Cato per casum genetiuum a singulari casus recti formauit quo utebantur antiqui, id est pecu'.*
12 damna *Rott. Reg.*, dampna *Vat. corr. Scioppius*, damni *uulgo.*

diensibus id oberit, quod non male fecerunt, sed quia uoluisse dicuntur facere?

7. Rhodiensis superbos esse aiunt, id obiectantes quod mihi et liberis meis minime dici uelim. sint sane superbi. quid id ad uos attinet? idne irascimini, siquis superbior est quam uos?

---

8. Urbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse.

9. Fluuium Naronem magnum pulchrum pisculentum.

10. Quod eorum nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est.

11. Exercitum suum pransum paratum cohortatum eduxit foras atque instruxit.

7. Gellius l. l. §. 48 'Superbiae quoque crimen, quod tunc praeter cetera in senatu Rhodiensibus obiectum erat, mirifica et prope diuina responsionis figura elusit et eluit. uerba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea praetermisit: Rhodienses' e. q. s. 8. Gellius XI 3, 2 'Aliter dici uidebam pontifices pro conlegio decreuisse, aliter quempiam testem introductum pro testimonio dixisse, aliter M. Catonem in originum IIII *(u. fr. 13)* . . et item in quinto (·V· *Petau.*, in ut *Voss.*): urbes' e. q. s. 9. Nonius p. 151 'Pisculentum positum [ut] piscosum, ut puluerulentum. Cato Originum lib. V: 'origine fluuium' e. q. s.

10. Priscian. X p. 887 P. (p. 510 Hertz.) 'Quae [uerba] in ui syllabam proferunt praeteritum perfectum mutant eam in tum . . ignosco ignoui ignotum . . unde et participium futuri ignoturus. . . Cato in V originum *(om. Sangall.)*: quod' e. q. s. 11. Gellius XV 13, 5 'Vtor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt ac dici utroque uersus possunt, uereor te et uereor abs te . . sunt autem uerba haec omnia ex altera parte inusitata et, an dicta sint, in eam quoque partem quaeri solet . . M. Cato in quinta (·V· *Petau.*) [to] origine: exercitum inquit' e. q. s.

---

1 taberit *Rott. Vat.*, ñ aberit (ñ *m. sec. in lacun. inser.*) *Reg.* tale erit *deteriores*, *unde* male erit *Scioppius. sensui satis fecit I. F. Gronouius scribendo* Rhodiensibus oberit —? *quem secutus scripsi* id oberit, *unde* taberit (*ex* itoberit) *ortum*; non ab[i]erit *Hertzius e coni. Othonis.* qud' ñ malefecert [7] *Reg.* quod *om. Vat.* 2 facere *om. Rott.* 4 a liberis *H. Stephanus.* minime uelim *spatio uacuo inter utrumque uoc. relicto Regius*, minime uelim *Lambecius.* dici *Bolhuisio corruptum uisum; fortasse* obici *scripsit Cato.* uos *coni. Wagenerus*, nos *libri.* superior *Rott.* 6 uos *Wagenerus*, nos *libri.*

6 omnes pro pago *Magliab.* argo illirio ẽ. ẽẽ *Regius*, illyrico [c] *Voss.* 7 origine *ante* fluuium *libri*, *deleuit Merc. ed. I.* paronem [·n] *Guelferbyt.* magnom [v] *Guelferb.* 8 quis *Bamb. m. pr.* mihi *in mg. add. Halberst.* 9 exercitu *Lugd.* pratū *Lugd.* cohertatum *Voss.* (e *in* a *corr.*), &hoı *Regius*, cohortauit *Petau.* eduxit *in ras. Lugd.*

12. **Liuius XXXIIII 15, 9* 'Cato ipse, haud sane detrectator laudum suarum, multos caesos ait, numerum non adscribit'.

13. Postridie signis conlatis aequo fronte peditatu equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnauimus.

14. Recto fronte.

15. Illi polliciti sese facturum omnia.

16. Sed protelo trini boues unum aratrum ducent.

17. Lapis candidior quam †pelastes.

LIBER VI.

Itaque ego cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

13. 14. Gellius XV 9, 5 'Et analogia . . et ueterum auctoritas non hanc sed hunc frontem debere dici suadent. quippe M. Cato in quinta origine (*ita cod. Regin. Thuan. Magl.*, in quinto *originum Voss.*, $\overset{to}{\cdot V \cdot}$ *Petau.*, in primo *Regius, Lugd.*) ita scripsit: postridie' e. q. s. 'recto quoque fronte idem Cato in libro eodem dicit'. 15. Prisc. VIIII p. 864 P. (p. 475 Hertz) 'Frequenter antiquissimi neutro participio futuri addebant esse et infinitum significabant, oraturum esse pro oratum ire dicentes et facturum esse pro factum ire. Cato in V originum (V. de originum *Sang. Carolir. Lugd.*): illi' e. q. s. 16. Nonius p. 363 'Protelare est percutere perturbare . . . protelare rursus adiuuare, Lucilius . . Cato originum lib. V: sed' e. q. s. *(sed in Lucilianis quoque exemplis protelo ducendi formula obuiam est, ut Nonium aut librarios rem perturbasse adpareat. cf. Salmasius ad Solinum p. 943.)* 17. Festus p. 237 M. † 'Pilates lapidis genus cuius [meminit] M. Cato originum L. V: lapis' e. q. s.

Liber VI. Gellius XX 5, 13 'Hoc ego uerbum, ξυνετοὶ γάρ εἰσιν, [in epistula Aristotelis ad Alexandrum lectum] quaerens uno itidem uerbo dicere aliud non repperi, quam quod est scriptum a M. Catone in sexta origine (quinto origiñ. *Petau.*): itaque' e. q. s.

---

4 post $\overset{e}{\mathrm{t}}$ die *Regius*, post tridie *Lugd. Petau.*, posttridiae *Voss.* p̃litatu (*corr.*) $\overset{e}{\mathrm{p}}$ *Voss.* peditatu peditibus atque aliis *Regius*, aliis *etiam Lugd.*, peditatu uelitibus atque alis *coni. Gronouius*, peditatu atque alis *Hertzius*, peditatu equitibusque alariis *Bormannus. at* peditibus *aperto errore Regii librarius. uniuersum exercitum Cato significat tribus partibus compositum, alis sociorum, equitibus et peditatu legionum. alarum autem nomine pedites quoque conprehenduntur: cf. Lipsius de mil. Rom. II 7 p. 67 sq.* 5 $\overset{q}{\mathrm{pugnauim}}$ *Reg. Lugd.*, pugnauit *ceteri.* 8 $\overset{e}{\mathrm{ducunt}}$ *Guelferb.* 9 pilates *Paulus Festi p. 236*, Pellates (Φελλάτης) *coni. Leutschius ad Zenob. V 13 p. 121.*

LIBER VII.

[ORATIO CONTRA SER. GALBAM PRO DIREPTIS LVSITANIS.]

1. Multa me dehortata sunt huc prodire, anni aetas uox uires senectus: uerum enim uero, cum tantam rem peragier arbitrarer ....

2. Tamen dicunt deficere uoluisse. ego me nunc uolo ius pontificium optime scire. iamne ea causa pontifex capiar? si uolo augurium optime tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat?

3. *a. *Cicero Brut. 23, 89* 'M. Cato legem (Libonis) suadens in Galbam multa dixit, quam orationem in origines suas rettulit paucis antequam mortuus est diebus an mensibus. tum igitur nihil recusans Galba pro sese et populi Romani fidem implorans, cum suos pueros tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas et fletus mire miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissumi patris; isque se tum eripuit flamma propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato'.

b. *Fronto ad M. Caesarem III 20 p. 63 ed. Rom.* 'Cato quid dicat de Galba absoluto tu melius scis. ego memini propter

Liber VII. Or. contra Ser. Galbam (fr. 1—3): Ascon. ad Cic. diu. 20 p. 124 Or. 'Cato accusauit Ser. Galbam pro direptis Lusitanis'. 1. Gellius XIII 25 (24), 15 'Iidem Cato ex Originum septimo in oratione quam contra Seruium Galbam (Serum G. *Lugd.*) dixit compluribus uocabulis super eadem re usus est: multa' e. q. s. Auctor de figuris et schem. Quicheratii v. 136 sq. 'Est conductio conque gregatio cum accumulo res | multa hortantur me res aetas tempus amici | concilium tantae plebis † denuntia natum'. (dementia natûm *Quich.*) 2. Gellius I 12, 17 'Plerique autem capi uirginem solam debere dici putant. sed flamines quoque Diales item pontifices et augures capi dicebantur. L. Sulla . . M. Cato de Lusitanis cum Ser. Galbam accusauit: tamen' e. q. s. 3. Cicero de or. I 53, 228 'Apud Catonem scriptum esse uideo nisi pueris et lacrimis usus esset (Galba), poenas eum daturum fuisse'. Quintil. II 15, 8 'Ser. Galbam miseratione

---

1 Multa *e. q. s. Sallustius Iug. 31 imitatus est.* dechorata (t *supra* h) *Voss.*, deortata *Lugd.* uxor uires *Lugd. in ras.* 2 uerū eni͜ uiro (e *supra*) *Reg.* (‿ ᵉ *m. sec.*), uerū enimů *Sangerm. Regin.*, verum en *Voss. Lugd. Magl.* rē p . agier *Sang.* (*in ras. pro:* rem p ?), pagier *Lugd.*, agier *Voss.* (*om.* p) 3 arbitraretur *Regius*, arbitraret *Lugd.* 4 tamen] cum *deteriores libri.* 5 Ius uolo augurium *coni. Popma.* 6 et quis me *Vat.*, et quos me *Reg.* ob meam rem *Rott. Vat.*, ob meam augurem *Reg.* ob eam rem, *quod uulgatum, uerum uidetur*; ob meam ... augurem *Hertzius.*

filios eum absolutum. τὸ δὲ ἀκριβὲς ipse inspice. Cato igitur dissuadet, neue suos neue alienos quis liberos ad misericordiam conciliandam producat neue uxores neue ullas omnino feminas'.

---

4. Fluuius Hiberus, is oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus.

5. *Sunt in his regionibus ferrareae, argentifodinae pulcherrimae, mons ex sale mero magnus, quantum demas tantum adcrescit. uentus Cercius, cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.

6. *Dotes filiabus suis non dant.

7. Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos aluta uinctos, ceteri perones.

8. Mulieres opertae auro purpuraque; arsinea, rete, dia-

sola, qua non suos modo liberos paruulos in contione produxerat, sed Galli etiam Sulpicii filium suis ipse manibus circumtulerat, elapsum esse cum aliorum monumentis tum Catonis oratione testatum est'. 4. Nonius p. 151 'Pisculentum positum [ut] piscosum, ut puluerulentum. Cato originum V (fr. 9) . . et lib. VII: fluuium' e. q. s. 5. Gellius II 22, 29 'Sed quod (Fauorinus) ait, uentum qui ex terra Gallia flaret circium appellari, M. Cato in libris originum (*ita Rottend. Vatic. Reg. Thuan.* tertio libro *Lion.*) eum uentum Cercium dicit non circium. nam cum de Hispanis scriberet qui citra Hiberum colerent uerba haec posuit: sunt' e. q. s. Apuleius de mundo p. 63 Elm. (c. 14 p. 375 Hildeb.) 'Cato autem in libris originum non Circium sed Cercium dicit. is uentus' e. q. s. 6. Priscian. VII p. 733 P. (p. 293 Hertz) 'Inueniuntur quaedam pauca feminini generis. . quae differentiae causa ablatiuo singulari bus assumentia faciunt datiuum et ablatiuum pluralem. . . M. Cato in originibus (origiualibus *Carolirուh.*): dotes' e. q. s. 7. Festus p. 142 M. 'Mulleos genus calceamentorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi. M. Cato Originum li. VII: qui' e. q. s. 8. Festus p. 262 M. 'Ruscum est, ut ait Verrius, amplius paullo herba et exilius (exuis *cod.*) uirgultis fruticibusque (fructibusque *cod.*), non dissimile iunco, cuius coloris rebus uti mulieres solitas

---

4 Fluuius Hiberus *Harlei. m. pr. (inter lin. adscr.)*, fluuiū Hiberū *m. antiq. corr.*, fluuium Hiberum *ceteri.* Cantabris *coni. Iunius*, Catiuatis *libri (t litera priore ex e corr. Guelferb.)* magnis (u *superscr.*) *Harleian.* 6 Sed *Thysii liber*, s; (= sed) *Rottend. Reg.*, S *Vatic.* ferraree *Vat. Reg.* 7 adcrescit *Reg. Vat.*, adcrescit (e *superscr.*) *Rottend.* 8 Circius (e *superscr.*) *Rottend.* 9 honeratum *Vatic.* 12 aluta uinctos *coni. Mommsenius, de corrigiis intellegens, cf. Beckerus Galli III p. 132 sq.*, aluta cinctos *Hauptius;* alutaciniatos *codex*, alii uncinatos *Scaliger*, alutacinatos *Turnebus*, aluta laciniatos *Müllerus*, *alii alia.* 13 opertas *coni. Scaliger* arsinea, rete *Scaliger*, *cf. Paul. Festi p. 20 'arsineum ornamentum capitis muliebris'*, ars inheret *codex*, auri inhaeret *Ant. Augustinus.*

dema, coronas aureas, rusceas fascias, galbeos lineos, pelles, redimicula . . .

9. *Mulieres nostrae capillum cinere unctitabant, ut rutilus esset.

10. **Seruius ad Verg. Aen. III 64* Caeruleis uittis] 'Cato ait deposita ueste purpurea feminas usas caerulea, cum lugerent'.

11. **Plutarch. quaest. Rom. 49* '*Διὰ τί τοὺς παραγγέλλοντας ἄρχειν ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας, ὡς Κάτων ἱστόρηκεν*'.

12. **Cic. Tusc. IV 2* 'Grauissimus auctor in originibus dixit Cato morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes atque uirtutes'.

13. **Seruius ad Verg. Aen. I 726* Atria] 'Vt supra diximus tangit morem Romanorum. nam, ut ait Cato, et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui'.

(solitae *cod.*) commemorat Cato originum l. VII: mulieres'. e. q. s. 9. Charis. 1 p. 78 P. (p. 101 Keil) 'Cinis . , hinc muliebre ministerium cinerarius dicitur. nam Cato in Originibus, mulieres, inquit' e. q. s. Seruius ad Verg. Aen. IIII 698 Flauum crinem] 'Quia in Catone legitur de matronarum crinibus: flauo cinere unctitabant ut rutilae essent'. 11. Plutarch. Coriolan. 49 '*Καὶ γὰρ ἔθος ἦν τοῖς μετιοῦσι τὴν ἀρχὴν παρακαλεῖν καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς πολίτας ἐν ἱματίῳ κατιόντας εἰς τὴν ἀγορὰν ἄνευ χιτῶνος*'. 12. Cic. Tusc. 1, 2, 3 'Quamquam est in originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus'. Cic. Brut. 19, 75 'Atque utinam exstarent illa carmina quae multis saeculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus in originibus scriptum reliquit Cato.' 13 Seruius ad Verg. Aen. I 637 'Notandum quod (*uulgo* qui) affluentiam ubique exteris gentibus dat, Romanis frugalitatem, qui et duobus tantum cibis utebantur et atriis edebant sedentes'.

---

1 russeas fascias *Scaliger castig. p. CLXIII* (russea facie *coni. in Varr. p. 146, Vrsinum secutus: quod propter Festi uerba ferri nequit) comparans Apulei Met. II p. 117 Elm. (c. 7 p. 90 Hildeb.)* '*ipsa, linea tunica mundule amicta et russea fasciola praenitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula' e. q. s.* galbeos lineos *scripsi*, galbeos lineas *codex;* galbeos, lineas *Scaliger. galbeos e lana factos pro cataplasmatis habitos esse e Suetonio Galb. 3 constat; itaque 'calbeos' uel 'galbea', quae 'armillas militares' et 'ornamenti genus' uocat Paulus Festi p. 47 et 96 M. et 'lineos' hos 'galbeos' fasciis similes fuisse suspicari licet.* 3 flauo cinere *Seruius.* unctitabant *Seruius*, unguitabant *Charisius*, ungitabant *Scaliger castig. p. CLXXIII*, inungitabant *Putschius.* et rutilius esse cinis *codex Charisii*, ut rutilus esset crinis *ed. princ., prob. Scaliger l. l.*, cinis *deleuit H. Keilius.* 13—15 *haec desunt in Cassellano.*

14. Iurum legumque cultores.

15. Mensam ti . . . .
ne quid neg . . . .
retur . . . .

INCERTORVM LIBRORVM RELIQVIAE.

1. Ne praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur.

2. Alae ex lupino † lug . . .

3. Oratorum am terminum.

4. *Seruius ad Verg. Aen. III 637* Argolici clypei] 'Quia Graecorum clypei rotundi, ut Cato originum ait'.

5. Glis.

6. Biber.

14. Charis. I p. 72 P. (p. 93 Keil) 'Pluraliter nominatino tantum et accusatino et nocatino [declinatur] . . iura; quamuis Cato Originum VII genetino casu dixerit: iurum' e. q. s. id. p. 109 P. (135 Keil) 'Iurum Cato Originum VII: iurum' e. q. s.

15. Festus p. 293 M. (Paulus p. 292) '[Socor]diam quidam [pro ignauia posuerunt.] M. Cato pro [stultitia posuit] *originum l. (suppl. Ursinus)* VII. cum ait . . . . mensam — retur. compo[situm autem uidetur ex se] quod est sine [et corde]. (*uncinis inclusi Pauli uerba.*)

Inc. lib. 1. Nonius p. 229 'Tributum neutro. masculino Cato Originum libris: ne' e. q. s. 2. Seruius ad Verg. Ge. I 75 Tristisque lupini ['Nonnulli propter calamos lupinorum alas dici putant ut Aelius: alae ex lupino, surculi sine foliis. Cato in originibus: alae' e. q. s. . . . 3. Macrob. Sat. I 14, 5 'Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia ueteres an pro circum ponere consuerunt, ut Cato in originibus: oratorum' e. q. s. 5. Charis. I p. 69 P. (p. 90 Keil) 'Gliris nominatiuus est, hic glis non glir, ut quidam uolunt; nam Varro in admirandis ait . . et Cato in originibus . . (*desunt uerba Catonis*) id. p. 106 P. (p. 131 Keil) 'Glis Varro in adm., sed et Cato in originibus ita est locutus'. 6. Charis. I p. 99 P. (p. 124 Keil) Biber G. Fannius . . Cato quoque originum . . (*desunt uerba Catonis*) (TO IIIeIN *in mg. cod. Neap. adscriptum.*)

---

1 cultores *om. codex p. 109.* 2 *Catonis uerba a Paulo omissa probabiliter restitui non possunt.* 5 dirigentur cum *Guelferb.* 7 lug . .] *in Vossiano, qui solus e Thilonis libris haec habet, legitur* lug . . . . de lingua latina alam culmum fabae dicere *tredecim fere litteris deletis: ex eodem cod. P. Daniel edidit* lugium . . . tamen Varro de l. l., '*ex libro Danielis*' *I. Scaliger coniect. p. 205* . . lupino. memini tamen Varronem *e. q. s.;* legumine *coni. Rothius.* 8 orator. anterminum *Gudianus*, am terminum *Regius*, oratorum amterminum *(genet. casu) coni. Scaliger castig. p. XVIII*, arator *uel* urnator *(imperatiuo modo) L. Ianus.*

ORATIONVM RELIQVIAE.

ORATIONVM RELIQVIAE.

I. DIERVM DICTARVM DE CONSVLATV SVO [LIBRI].

[LIBER . .]

1. [Scio] ego atque iam pridem cognoui atque intellexi atque arbitror rem publicam curare industrie summum periculum esse.

2. Atque quamquam multa noua miracula fecere inimici mei, tamen nequeo desinere mirari eorum audaciam atque confidentiam.

3. Ei rei dant operam, ut mihi falso maledicatur.

4. Secus aetatem agerem, quam illi egissent.

5. Ego mihi haec monimenta sempiterno posui·quae cepi.

6. Laudant me maximis laudibus, tantum nauium, tantum exercitum, tantum commeatum non opinatum esse quemquam

I. Dierum dictarum de consulatu suo libri *u. proleg.* 1. Charis. II p. 181 P. (p. 202 Keil) 'Industrie M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: ego' e. q. s. 2. Charis. II p. 204 P. (p. 229 Keil) 'Atque pro et Terentius — Cato dierum dictarum de consulatu suo: atque' e. q. s. 3. Charis. II p. 179 P. (p. 199 Keil) 'Falso — aduerbialiter — M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: Ei' e. q. s. 4. Charis. II p. 195 P. (p. 220 Keil) 'Secus pro aliter Naeuius — Cato de consulatu suo: secus' (de cōsuo secus *Neap.*) e. q. s. 5. Charis. II p. 194 P. (p. 218 Keil) 'Sempiterno Cato dierum dictarum de consulatu suo: ego' e. q. s. 6. Charis. II p. 184 P. (p. 205 Keil) 'Maturrime (*sic. Lugd. exc.*, *ed. pr.*, maturime *exc. Bern.*, maturo me *Neap. liber*) M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, laudant — comparauisse . . . Sallustius hist. I . . . maturrime' e. q. s.

---

1 Scio ego atque *scripsi*, scio *uoc. uicinitate praecedentis uoc.* suo *expulsum esse ratus; cf. or. p. Rhod. et libri de re mil. principia, or. ad litis cens. 1 et imitatorem Sallust. Iug. 85.* ego q̄ *Neap. liber*, egoque *Fabricius*, ego quoque *susp. Keilius.* 4 facere *Putschius.* 6 dam̄ *Neap. cod.*, da *ed. pr.*, dant *Putschius*, do operam *vel* danda opera *coni. Meyerus*, dandum operam *Keilius.* 8. mi h̄ monimenta *Neap.*, mihi monimenta *ed. pr.* cöepi *Neap.* 9 *H. Keilius mihi non persuasit grammaticum duas obseruationes alteram de aduerbio 'maturo' a Catone, alteram de superlatiuo 'maturrime' a Sallustio posito coniunxisse.* 10 tantum *sec. loco om. ed. pr.* commeatum *ed. princ.*, meatum *cod. Neap.*

hominem comparare potuisse, id tamen maturrime [me] comparauisse.

7. Omnia ab integro paranda erant.

8. Deinde postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem uentus auster lenis fert, mare uelis florere uideres. ultra angulum Gallicum ad Illiberim adque Ruscinonem deferimur. inde nocte altera profecti sumus.

9. Ita nos fert uentus ad primorem Pyrenaeum, quo proicit in altum.

10. Mihi atque classi obuiam fiunt.

11. Si cuperent hostes fieri, temere fieri nunc possent.

12. Ridibundum magistratum [rem] gerere, pauculos homines, mediocriculum exercitum obuium duci.

7. Seruius ad Verg. Eclog. 4, 5 Ab integro] 'Vel denuo uel ab initio. Cato de consulatu suo (suo consulatu *ed. Dan.*): omnia' e. q. s. 8. Charis. II p. 185 P. (p. 207 Keil) 'Nocte M. Cato dierum dictarum de consulatu suo, deinde' e. q. s. 9. Gellius IIII 17, 15 *postquam primam in 'subices' et 'obices' syllabum corripi, secundam autem per duo i, non per unum scribendum esse docuit, de iaciendi uerbo* 'id ipsum autem' *inquit* 'uerbum M. Cato sub alia praepositione dicit in oratione quam de consulatu suo habuit: ita hos, inquit' e. q. s. 10. Charis. II p. 187 P. (p. 209 Keil) 'Obuiam pro obuius Sallustius . . M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: mihi' e. q. s.
11. Charis. II p. 196 P. (p. 221 Keil) 'Temere pro facile Plautus — Cato de consulatu suo: si' e. q. s. Seruius ad Verg. Aen. VIIII 329 'Temere . . significat et subito. Ennius: quod tam temere itis. citat e Catone Charisius' (citate cato mecarijs *ed. Dan.*, *em. Hauptius*). 12. Festus p. 154 M. 'Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in consulatu: ridibundum' e. q. s. Paulus Festi p. 155

---

1 hominem maturrime comparare *Fabricius*. id tamen maturrime me *scripsi*; idem tam maturo me *cod. Neap.*, *probauit Keilius*, .Idem. Tam maturrime *ed. princ. uulgo*. 4 om̄ *cod. Neap.*, omnem *ed. pr.* 6 ad illi menim adque rusci nonen *Neap.*, ut illic memini, at quaeras cum nomen *ed. pr.* *quod supra scriptum*, *coni. Lindemannus*, *idem* ad Illimerim atque R. *edidit*. aura *codex*, altera *coni. Mommsenius*, noctis aura *Sigonius ad Liu. XXXIIII 8, 6*. 8 ita hos *libri*, *emend. Meyerus*. primorem Pyrenaeum *coni. Mommsenius*, priorem Pyrenaeum (Pireneum *Vat. Rott.*, pyrreneum *Reg.*) *libri*, *tuetur Gronouius*, promontorium *Meyerus conl. Liuio XXVI 19*, *ubi simile P. Scipionis iter his uerbis narratur:* '*ita cum triginta nauium classe . . ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris, Alpes atque Gallicum sinum et deinde Pyrenaei circumuectus promuntorium, Emporiis urbe Graeca . . . copias exposuit*'.

quo proicit *libri*, quos *Gronouius*, quod *Meyerus*. 11 non possent *Putschius*, *fortasse* posse. 12 rem gerere, *scripsi*, genere *cod. Festi*, *om. Paulus*, gerere *Mommsenius*. 13 obuium *Fest.*, obuiam *Pau-*

13* Interea unamquamque turmam, manipulum, cohortem temptabam, quid facere possent; proeliis leuibus spectabam, cuiusmodi quisque esset; siquis strenue fecerat, donabam honeste, ut alii idem uellent facere, atque in contione uerbis multis laudabam. interim aliquot pauca castra feci. sed ubi anni tempus uenit, castra hiberna . . .

14. Eas res non posse sustineri, nisi eo praesidia magna frumentumque [mitterentur]. nam ita dicunt palam necessum esse obcursatum [eamus].

15. Postquam auspicaui atque exercitum adduxi pone [uersus] castra hostium . . .

16. Nostros pone uersus hosteis esse ab dextra parte.

17. Iam apud uallum nostri satis agebant.

18. Itaque porro in Turtam proficiscor seruatum illos.

19. Inde pergo porro ire in Turtam.

'Mediocriculus ipse qui supra posuit quum ait: r i d i b.' e. q. s. Thesaurus nou. lat. apud Mai. cl. auct. VIII p. 353 'Medius . . . unde . . . mediocriculus, a um diminut. unde Cato: p a u c u l o s' e. q. s. 13. Fronto ad Verum imp. ep. 1 p. 134 ed. Rom. 'Ipsum hoc tuum a te diutina prudentia consultum, quod non ante signis conlatis manum cum hostibus conseruisti, quam leuibus proeliis et minutis uictoriis militem imbueres, nonne Cato docuit o r a t o r idem et imperator summus? Ipsa subieci uerba in quibus consiliorum tuorum expressa uestigia cerneres: i n t e r e a' e. q. s. 14. Charis. II p. 186 P. (p. 208 Keil) 'Necessum M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: e a s — o b c u r s a t u m * positio sermonis. necessum Afranius'. (*excidisse uidentur H. Keilio quaedam quibus 'necessum' a positione 'necessus' duci dictum fuerit.* necessario (*quod huic loco praecedit*) necessus necessum *excerpta Bernensia.*) 16. 15. Charis. II p. 191 P. (p. 214 Keil) 'Pone uersus M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: n o s t r o s — p a r t e. item idem: p o s t q u a m' e. q. s. 17. Charis. II p. 193 P. (p. 218 Keil) Item satis pro intente Cato dier. dict. de consulatu suo: i a m e. q. s. 19. 18. Charis. II p. 190 P. (p. 213 Keil) 'Porro M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: i n d e — T u r t a m. idem supra: i t a q u e' e. q. s.

---

lus, obuiam iri *thesaurus lat.* 2 lenibus *codex*, *corr. Maius.* 3 si quis *codex.* 6 hiberna] *reliqua in codicis 'pagina postica' oblitterata sunt teste Maio. sententiam sic explendam esse: 'c. h. apud Emporias posui' ueri simile est. u. proleg.* 8 mitterentur *Meyerus addidit, lacunae signum est in ed. pr.* necessum esse *scripsi*, necesse esse *cod. Neap.*, *quod grammatici praecepto repugnat.* obcursatum *Meyerus coniecit*, obcuratum *cod. Neap.*, obturata* *ed. pr.*, eamus *lacuna*, *ut uidetur*, *haustum addidi*, *ut staret syntaxis*, occurratur *coni. Mommsenius.* 10 uersus *om. cod Neap.*, *add. Putschius.* 12 dextera *ed. princ.* 14 Turtam *ed. pr.*, Turtum *cod. Neap.* 15 ire in Turtum *cod. Neap.*, ire Tutram *ed. pr.*

20. Omnia tumultus plena, simul hostium copiae magnae contra me sedebant; usquequaque lacessebamur.

21. Interea ad socios nostros sedulo dispertieram alio frumentum, alio legatos, alio litteras, alio praesidium usquequaque.

22. Id ego primo minus animaduerti. ueniunt iterum atque tertium tumultuosius.

23. Eam ego uiam pedetemptim temptabam.

24. Qui maximis uicibus ac uicissim. .

25. Recto fronte ceteros sequi si norit.

26. Item uti ab Thermopuleis atque ex Asia maximos tumultus maturissime disieci atque consedaui.

27. Censores qui posthac fient formidulosius atque segnius atque timidius pro re publica nitentur.

28. Videtote, quanto secus ego fecerim.

29. Me sollicitum atque exercitum habitum esse atque porro fore.

20. 21. Charis. II p. 197 P. (p. 222 Keil) 'Usquequaque quasi diceret longe lateque M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: omnia — lacessebamur. quod manifestius idem ita disserit: interea' e. q. s. 22. Charis. II p. 196 P. (p. 222 Keil) 'Tertium M. Cato de consulatu suo: id' e. q. s. 23. Charis. II p. 190 P. (p. 214 Keil) 'Pedetemptim Lucilius . . Cato dierum dictarum de consulatu suo: eam' e. q. s. 24. Charis. II p. 198 P. (p. 224 Keil) 'Vicissim Cato de consulatu suo: qui' e. q. s. 25. Festus p. 286 M. 'Recto — norit, Cato in dissertatione consulatus'. 26. Charis. II p. 184 P. (p. 205 Keil) 'Maturissime M. Cato dierum dictarum de consulatu suo: item' e. q. s. 27. Charis. II p. 196 P. (p. 222 Keil) 'Timidius idem in eadem (*praecedit* Cato de consulatu suo, *fr. 21*): censores' e. q. s. 28. Charis. II p. 192 P. (p. 216 Keil) 'Absolute quanto Cato de consulatu suo: uidetote' e. q. s. 29. Charis. II p. 190 P. (p. 213 Keil) Porro Cato (fr. 18. 19) . . idem in eodem: me e. q. s.

1 tumultu *Putschius.* 3 interea et ad *Putschius.* 7 uiam *Fabricius*, uim *cod. Neap.* 10 ab Thermopuleis *scripsi:* ab Thermopoelis *coni. O. Ribbeckius nou. ann. phil. LXXV p. 317;* uti at[b]h[b]ermopolieis *cod. Neap.*, ita moti ad Thermopylas *exc. Cauch. addend. p. 609*, uti a Thermopylis *ed. princ.*, ab Thermopulis *Keilius. sed obscuritas rei narratae facit, ut etiam* item uici ad Thermopulas atque *legi posse suspicer: uid. proleg.* atque] usque *coni. Mommsenius.* 12 fient *coni. Fabricius*, fiunt *cod. Neap.*, fiant *ed. princ.* 15 exercitum *ed. pr.*, excitum *cod.*

II. DE SVMTV SVO.

Iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat de ea re quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. tabulae prolatae. maiorum benefacta perlecta, deinde quae ego pro re publica fecissem leguntur. ubi id utrumque perlectum est, deinde scriptum erat in oratione 'numquam ego pecuniam neque meam neque sociorum per ambitionem dilargitus sum'. attat noli noli peribere, inquam, istud, nolunt audire. deinde recitauit 'numquam praefectos per sociorum uestrorum oppida inposiui, qui eorum bona, liberos diriperent'. istud quoque dele, nolunt audire. recita porro. 'numquam ego praedam neque quod de hostibus captum esset, neque manubias inter pauculos amicos meos diuisi, ut illis eriperem qui cepissent'. istuc quoque dele, nihil minus uolunt dici; non opus est recitato. 'numquam ego euectionem dataui, quo amici mei per symbolos pecunias magnas caperent'. perge istuc quoque uti cum maxime delere. 'numquam ego argentum pro uino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi, neque eos malo publico diuites feci'. enim uero usque istuc ad lignum dele. uidesis, quo loco res publica siet, uti quod rei publicae bene fecissem, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non audeo, ne inuidiae siet. ita inductum est male facere inpoene, bene facere non inpoene licere.

II. De sumtu suo. *fortasse haec oratio cum sequente coniungenda est. u. proleg.* Fronto epist. ad Antonin. I 1 p. 109 Rom. 'Quoniam mentio παραλείψεως habita est, non omittam, quin te impertiam quod de figura ista studiosius animaduerterim, neque Graecorum oratorum neque Romanorum, quos ego legerim, elegantius hac figura usum quemquam quam M. Porcium in ea oratione quae de sumtu suo inscribitur, in qua sic ait: iussi' e. q. s.

---

1 claudicem *cod. m. 1.* *post* erat *uulgo orationem incidunt, post* Cornelio *Mommsenius.* 3 malorum *codex.* 7 peribere *coni. Mommsenius*, scribere *codex. quod intellegi nequit.* istud, nolunt *distinxit Mommsenius*, istud nolunt *uulgo.* numquam *coni. Mommsenius, idem suspicatus eram quaest. Cat. p. 26,* nunquam ego *coniecit Arnoldus Schäfer in scriptione gymnasii Blochmanniani nomine philologis Dresdae congressis a. 1844 oblata p. 14,* num quos *codex.* 12 istuc *codex hic et infra.* 13 nihil minus — non opus est recitato *scripsi*, nihilo minus — non opus est. Recitato *ex codice edidit A. Maius, quae non intellego.* 15 quam maxime *Schäferus l. s. s.*

III. . . . CVM IN HISPANIAM PROFICISCERETVR.

1. *Appuleius de magia p. 285 Elm. c. 17 p. 485 Hildeb.* 'M. autem Cato nihil oppertus, ut alii de se praedicarent, in oratione sua scriptum reliquit, cum in Hispaniam consul proficisceretur, tris seruos solos ex urbe duxisse, quoniam ad uillam publicam uenerat, parum uisum qui uteretur, iussisse duos pueros in foro de mensa emi, eos quinque in Hispaniam duxisse'.

2. Nauitae . . . . uinum atque oleum u . . .

IIII. DE TRIVMPHO AD POPVLVM.

Asperrimo atque arduissimo aditu.

V. ORATIO QVAM HABVIT NVMANTIAE APVD EQVITES.

1. Cogitate cum animis uestris, siquid uos per laborem recte feceritis, labor ille a uobis cito recedet, bene factum a uobis, dum uiuitis, non abscedet. sed siqua per uoluptatem

III. . . cum in Hisp. prof. *u. orat. praecedentem.* 2. Festus p. 169 M. ['Naui]tas secundum incorr[uptam consuetudinem dic]tos quos nunc [nautas dicimus testis est] M. Cato in ea quam scr[ipsit cum in Hispaniam proficisce]retur cum ait: nauitae' e. q. s. (*supplementa Vrsini sunt.*)

IIII. De triumpho ad populum. Priscian. III p. 600 P. (p. 87 Hertz) 'Vetustissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi (arduior, piior) sunt est quando usi. Cato — idem (Ide * * *Reg.*) ad populum de triumpho, asperrimo' e. q. s.

V. Numantiae apud equites. 1. Gellius XVI, 1 'Adulescentuli . . . *ἐνθυμημάτιον* . . . dictum esse a Musonio philosopho audiebamus . . . et memineramus *ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει* . . . postea istam ipsam sententiam in Catonis oratione quam dixit Numantiae (Numancie *Reg.* (ae) *Lugd.*) apud equites positam legimus. . . . uerba ex oratione haec sunt: cogitate' e. q. s.

---

6 *cf. Plutarchus Cat. mai. 10 'ἦσαν δὲ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείας σὺν αὐτῷ· τούτων εἷς ὄνομα Πάκκιος' e. q. s.* de mensa emi *dici qui 'pecunia de mensa perscripta' ematur docuit Fr. Gronouius obs. IV 24 p. 798 Platn.* 7 n. quod secum portauerant u. a. o. usus tantum eo sum *Vrsinus* (usus eodem sum *Müllerus*) *suppl. sed prorsus incerta haec sunt.* 9 atque] usque *Paris.* aditu' *Bernens.*

10 siquid — 12 abscedet] *simile dictum apud Ciceronem de sen. 19, 69 'tantum remanet quantum uirtute et recte factis consecutus sis'.*

11 cito — 12 uobis *om. Voss.* 12 uoluntatem — uoluntas *Petau.*

nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum illud apud uos semper manebit.

2. Maiores seorsum atque diuersum pretium parauere bonis atque strenuis decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores.

VI. DE FENERATIONE. LEGIS IVNIAE DISSVASIO.

1. Camerini ciues nostri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimam. cum Romam ueniebant, prorsus deuertebantur pro hospitibus ad amicos suos.

2. Tertio autem pedatu item ex fenore discordia excrescebat.

VII. ORATIO APVD ATHENIENSES.

Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat.

VIII. IN Q. MINVCIVM THERMVM DE DECEM HOMINIBVS.

1. Tuum nefarium facinus peiore facinore operire postulas, succidias humanas facis, tantam trucidationem facis, decem funera

2. Festus p. 201 M. 'Optionatus ut decurionatus, pontificatus dicitur, ut Cato in ea quam habuit apudequites: maiores' e. q. s.

VI. De feneratione: *u. prol.* 1. Festus p. 234 M. 'Prorsus porro uorsus nisi forte ex Graeco πρὸ. Cato de feneratione legis Iuniae: Camerini' e. q. s.
2. Nonius p. 64 'Pedato positum pro repetito uel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc uulgo dicitur tertio pedato. Cato . . . idem in disuasione de feneratione (*uener. Harlei. m. 1*): tertio' e. q. s.

VII. Apud Athenienses. Iulius Rufinian. de figur. 6 p. 199 Ruhnk. 'Exuthenismos. figura haec fit, cum rem aliquam extenuamus et contemtam facimus, ut apud Lucilium . . . Cato apud Atheniensis (ad Atheniensis *Ruhnk., in addendis reiecit, conl. Ti. Gracchi 'oratione Graeca apud Rhodios', Cic. Brut. 20*) Antiochus' e. q. s.

VIII. In Q. Thermum de X hominibus. 1. Gellius XIII 25 (24), 12 'Hoc ornatus genus in crimine uno uocibus multis atque saeuis extruendo ille iam

---

6 Camerni *codex, corr. Vrsinus.* 10 pedatu *scripsi*, pedato *libri: u. ad orig. I 27.* faenore *Voss. Harleian. (?)* 12 facinore *omittit Regius, Hertzius.* 13 succid'as *Voss.* tantā trucidationē *Regius*, tantū trucidationē *Lugd.. om. Sang. Magliab. Petau.* (*qui etiam* facis *om.*), tantas trucidationes *ceteri.*

facis, decem capita libera interficis, decem hominibus uitam eripis indicta causa, iniudicatis, incondemnatis.

2. Rumorem, famam flocci fecit, intercutibus stupris obstinatus, insignibus flagitiis.

3. Neque fidem neque iusiurandum neque pudicitiam multifacit.

4. . . . . erant ne mala
. . . . t scelera nefaria fie
. . . . nto traderentur lege est

5. . . . . ut solent
. . . . iuios nisi qui sempiterni sunt quos
. . . . rant ne spiciunt neque ratos
. . . . .

tunc M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebrauit, sicuti in illa quae inscripta est de decem hominibus, cum Thermum (tremū *Reg. Voss.*) accusauit quod decem liberos homines eodem tempore interfecisset, hisce uerbis eandem rem significantibus usus est, quae quoniam sunt eloquentiae Latinae tunc primum exorientis lumina quaedam sublustria, libitum est ea mihi *ἀπομνημονεύειν*: tuum e. q. s.
2. Festus p. 193 M. 'Obstinato, obfirmato, perseueranti, ut tenere possit, ut Pacuuius . . . Cato in Q. Thermum de X hominibus: rumorem' e. q. s. Priscian. VI p. 719 P. (p. 271 Hertz) 'Praeterea inuenitur apud uetustissimos intercus intercutis... Cato autem quasi adiectiuo eo est usus dicens intercutibus stupris obstinatus pro intestinis'. Thesaurus nou. lat. apud Maium cl. auct. VIII p. 120 (= p. 294) 'Cutis componitur hic et haec et hoc intercus, -tis . . . unde Cato i. s. o.' cf. Paul. Festi p. 110 M. 'inter cutem flagitatos', p. 113 'intercutitus'.
3. Festus p. 153 M. (Paul. p. 152) ['Multifacere dicitur sicut] magniface[re et paruifacere. Cato in ea quam scripsit contra Q. Minucium Thermum de] X hominibus: [neque]' e. q. s. (Cato: neque, *omissa libri inscriptione*, *Paulus*) cf. Placidus gl. p. 485 Mai 'multifacere, magnifacere'. 4. Festus p. 344 M. (Paulus p. 345) 'Sacramento (sacramentum *Paulus*) dicitur quod [iuris iurandi sacrati]one interposita actum [*est.* (geritur *Paulus*) *unde quis sacramento*] dicitur interrogari quia [*iusiurandum interponitur. Cato*] in Q. Thermum de X [*hominibus:*] (*litteris inclinatis Vrsini supplementa scripsi.*) 5. Festus p. 344 M. 'Spiciunt antiquos di[xisse sine praeposi]tione testis est Cato in ea quam [habuit in Q. Thermum de] septem (decem *em. Dacerius*) hominibus'.

---

1 capitalia *Sangerm.* indicat causa *Petau. Sangerm.*, indici *Voss.* 2 incondēpnatis *Regius*, indempnatis *Lugd. Voss.* (p *superscr. Voss.*), indemnatis *Sangerm. Magl.* 3 intercutibus *Prisc. thes. Lat.*, capitas *Festi codex.* 4 *fortasse* insignitus. 5 *apud Festum praeter u.* neque pud *omnia deleta. integram sententiam Pauli excerpta habent.*
6 ad]erant ne mala [fide niderentur] scelera nefaria fie[ri, qui dicerent sacrame]nto: traderentur lege, aest]imarentur *Scaliger suppl. eadem fere scripserat Vrsinus*, *nisi quod* dicerent sacramento *coniecerat.* 8 est *codex teste Keilio. cf. proleg.* 9 [euitare son]iuios . . [cum ocur]rant . . [esse uolunt. spa]tiatorem *e. q. s. suppl. Vrsinus,* nec spiciunt *Dacerius.*

IX. IN Q. MINVCIVM THERMVM DE FALSIS PVGNIS.

Dixit a decem uiris parum bene sibi cibaria curata esse. iussit uestimenta detrahi atque flagro caedi. decem uiros Bruttiani uerberauere, uidere multi mortales. quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc seruitutem ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere: eane fieri bonis, bono genere gnatis, boni consulitis? ubi societas, ubi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus te facere ausum esse! set quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audiui? serui iniurias nimis aegre ferunt.

IX. In Q. Thermum de falsis pugnis. Gellius X 3, 17 *in comparatione C. Gracchi M. Tullii M. Catonis iubet uetustatis amatorem considerare* 'in causa pari (*de Verrina ante dixerat*) M. Catonis antiquioris hominis orationem ad cuius uim et causam Gracchus nec aspirauit . . in eo namque libro qui de falsis pugnis inscriptus est, ita de Q. Thermo (de quatternio *Reg.* de qᵃternio *Lugd.* de quo term. *Voss.* dequẽtmo *Bern.* termo *Pet. Sang. Magl.*) conquestus est: dixit' e. q. s. Nonius p. 187 'Vibices plagarum uulnera. Cato de falsis pugnis: ubi societas — inspectantibus'.

---

1 ade˘ce˘uiris *Reg.* (˘ ˘ m. 2), adde cemuiris *Bern.*, a decẽ a uiris *Lugd.* bene sibi *Reg. Lugd. Bern.*, sibi bene *celeri.* 2 flagello *Thysii liber.* cedi *Reginens. Voss. Bern.* decem uiros *Reg. Bern. Sang.* brul**tiani uerbera**uere *Voss.*, uerberaů *Lugd.* 3 moriales *Lugd. Bern.* 5 genere ignatis *Lugd. Bern.*, gene regnatis *Voss.*, * natis *Regius*, natis *Sang.*, *om. Pet. ut infra.* 6 consultis (c̃ fultis *Voss.*) *libri, quod fortasse uerum,* consuetis *coni. Mommsenius.* maiorem signitas *Vossianus Nonii.* 7 iniuriã *Harlei. Non.* eis *Nonii libri*, uis (*pluraliter*) *Perotto auctore Mercerus. mihi adiectiuum latere uidetur in* eos. carnificans (carnificas *Perizon. n. 15*) *Nonii libri.* 8 contumuliam (e *supra*) *Reginensis.* 9 ausum ee ≚ 7 (s *add. m. sec. hoc signo* ⩡) *Regius* (*h. e.* esse set) ēēset *Lugd.*, *Bern.* 10 set — audiui] *haec imitatus uidetur esse Cicero act. sec. in Verr. I 30, 76.* quantum tum *Mommsenius.* que *ante* gemitum *et* fletum *contra libros add. Lion.* 11 fletuum *ex uetere editione contra libros scripsit Meyerus.* serui *e. q. s.*] *haec emitatus est Sallustius Iug. 31, 11.* nimias *coni. Mommsenius.*

quid illos bono genere natos, magna uirtute praeditos opinamini animi habuisse atque habituros, dum uiuerent?

ORATIONVM IN Q. THERMVM RELIQVIAE INCERTAE SEDIS.

1. Erga rem publicam multa beneficia ratissima atque gratissima.

2. Postquam diutius fitur.

X. DE PTOLEMAEO MINORE CONTRA [L.] THERMVM.

SIVE DE THERMI QVAESTIONE.

1. Sed si omnia dolo fecit, omnia auaritiae atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria, quae neque † fanda neque legenda audiuimus, supplicium pro factis dare oportet.

2. Quantoque suam uitam superiorem atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent esse quam innoxiiorem.

In Q. Thermum. inc. sed. 1. Festus p. 286 M. 'Ratissima quoque ab his quae rata dicimus, unde etiam rationes dictae. Cato in Q. M. Thermum, erga' e. q. s. 2. Priscian. VIII p. 789 P. (p. 377 Hertz) 'Fitur etiam pro fit dicebant. M. Cato censorius in Quintum Thermum p. d. f.'

X. De Ptolem. min. c. Thermum. 1. Gellius XVIII 9, 1 'In libro uetere in quo erat oratio M. Catonis de Ptolemaeo contra Thermum sic scriptum fuit: sed — oportet. insecenda quid esset quaeri coeptum . . . (§. 5) ego arbitror et a M. Catone insecenda et a Q. Ennio insece scriptum sine u litera'. 2. Priscian. III p. 601 P. (p. 88 Hertz) 'Vetustissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi (piior, arduior) sunt est quando usi . . . idem Cato de Ptolemaeo minore de Thermi quaestione (ptolomeo *siue* ptholomeo *plerique libri*): quantoque' e. q. s.

---

1 natos *libri*, gnatos *uulgo.* animi *om. Petau.* 2 uiuerent, *quod de coni. restituit Brillenburg. dissert. de Catone p. 89, est in Sangerm.*, uiuent (*corr. ex* inuenit *Voss.*) *ceteri libri.* 3 ratissima a. gratissima] *cf. Cicero ad fam. VII 23, 1 'ista ipsa . . non solum rata mihi erunt sed etiam grata.'* 7 neque fanda neque legenda] *ita 'ex uetusto exemplari' edidit Canterus nou. lect. II 6: in libris, qui extant, Catonis uerba cum initio capituli perierunt. in marg. Canterus adnotauit 'fortasse 'insecenda', nisi quaedam Catonis hic desint', quod probauit M. Hertzius.* insecendo — legendo *coni. Rutgersius uar. lect. IIII 19, quod uerum ducerem, nisi 'insecenda' bis scriptum esset apud Gellium* §. 2 *et* 5. 8 profecto iis dari *Scriuerius legendum censet.* 9 uitam suam *Halberst. m. sec.* superiorem *Lugd. m. sec.* 10 ēē inducent esse *Halberst.*, inducentes quam *Bamb.*, quam *om. Sangall.* innoxiiorem *manus altera Reg. Caroliruh.*, innoxiorem *m. prima*, *ceteri.*

3. Per deos immortalis, nolite uos atque . . . sequestro [ponere].

4. Rege optimo atque beneficissimo.

5. *Tu otiosus ambulas, qui apud regem fuisti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem.

XI. DE SVIS VIRTVTIBVS CONTRA [L.] THERMVM.

1. Ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adolescentiam meam abstinui, agro colendo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis atque conserendis.

2. Quid mihi fieret, si non ego stipendia omnia ordinarius meruissem semper.

3. Gellius XX 11, 5 'Sed quod apud sequestrem depositum erat sequestro positum per aduerbium dicebant. Cato de Ptolemaeo contra Thermum: per' e. q. s.
4. Priscian. III p. 603 P. (p. 91 sq. Hertz) 'Magnificens et munificens . . . in usu non sunt sed pro his magnificus ex quibus comparatiuum et superlatiuum . . deriuari inuenio apud uetustissimos. M. Cato contra Thermum (contra Thermum *add. in Lugd. m. 2* contra quae Thermum *fragm. Paris. s. VIII, uid. proleg.*) de Ptolemaeo (phtholomeo *Reg. Bamb. Halberst.*): rege' e. q. s. 5. Charis. II p. 178 P. (p. 197 Keil) 'Donicum pro donec. ita Liuius . . . sed et Cato: tu' e. q. s.
XI. De suis uirt. c. Thermum. *fort. haec or. cum sequente coniungenda est. u. prol.* 1. Festus p. 281 M. 'Repastinari ager is dicitur ut Verrius existimat cuius natura (natum *cod., emend. Vrsinus*) mutatur fodiendo cum aut siluester excodicatur (ex quo dicatur *cod., em. Vrs.*) aut lapis mollitur frangendo ut fiat pascuus (*Scal. om.*, pascui *cod.*) uel pecoribus herba uel hominibus satione. Cato in ea quam scripsit de suis uirtutibus contra Thermum: ego' e. q. s. 2. Festus p. 185 M. 'Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram et inprobum . . . at Aelius Stilo qui minime ordine uiueret . . . . (*sic*) in ea oratione quam scribit de suis uirtutibus contra Thermum: quid' e. q. s.

---

1 *Sangermanensis cod. hoc modo* nolite nos atque iocundiora *uerba Catonis praefationi Gellianae continuat; in margine ad u.* atque *adscriptum:* nihil amplius erat in ueteri, *nec aliter manu 1 Magliab., deteriores duo, in quibus man. 2 in margine adscripsit* sequestro ponere. *lacunae signum Hertzius posuit.* 3 De Ptolemaeo rege *male Krehlius*, De Ptolemaeo: rege *distinxit Meyerus.*
6 induritia *codex.* 7 obstinui *Vrsinus.* 9 stipendia in ordine omnia o. *codex*, in ordine *glossema esse uidit Vrsinus:* *cf. exc. Pith. p. 70 Gothofr.* '*ordinarius miles qui in integro ordine est*'. '*ordinarium*' *opponi* '*contubernali*' *I. Lipsius censuit anal. ad mil. Rom. II 7 p. XII.*

3. M. Fuluio consuli legatus sum in Aetoliam. propterea quod ex Aetolia conplures uenerant, Aetolos pacem uelle; de ea re oratores Romam profectos.

4. Aliud est properare, aliud festinare. qui unum quicquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat. ego unum quicquid quod adortus eram transigebam.

XII. IN [L.] THERMVM POST CENSVRAM.

1. Qui uentrem suum non pro hoste habet, qui pro re publica, non pro sua, obsonat, qui stulte spondet, qui cupide aedificat.

3. Festus p. 182 M. (Paulus p. 183 'Oratores ex Graeco ἀρητῆρες dicti, quod missi ad reges nationesque deos solerent ἀρᾶσθαι, id est testari. hi modo appellantur legati') '. . qui . . cit eos nostri alii (alias *corr. Seal.*) pro legatis appellant ut Cato in ea quam scripsit de suis uirtutibus contra Thermum: M.' e. q. s.

4. Gellius XVI 14 'Festinare et properare idem significare atque in eandem rem dici uidentur. Sed M. Cato id differre existimat.. uerba sunt ipsius ex oratione quam de suis uirtutibus habuit: a l i u d — f e s t i n a t'. Festus p. 234 M. 'Primanus tribunus † (*excidit et huius glossae explicatio et seq. initium*) apud Catonem in ea quae est contra Thermum de suis uirtutibus: a l i u d — f e s t i n a t'. Paulus p. 235 'Properare aliud est aliud festinare' e. q. s. Nonius p. 441 'F. et p. ueteres noluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de suis uirtutibus scribsit: a l i u d' e. q. s. Schol. Bob. ad Cic. p. 289 Or. 'Visum est mihi . . . auctore ipso M. Catone haec uerba (f. et p.) distinguere, quippe aliud esse p. aliud f. ipse nos Cato docuit in oratione quae inscribitur de uirtute sua contra Thermum. nam a l i u t p'. e. q. s. Seruius ad Verg. Georg. I 260 'Cato properare dicit eos qui prima quaeque ordine suo mature (maturare *uulgo*) transigunt, festinare autem illos qui multa incipiunt, eaque aduectendo nec terminando praepediant'. Isidorus de diff. §. 440 (uol. V p. 75 Areu.) 'P. et f. M. Cato sic distinguit dicens: a l i u d — t r a n s i g e b a m'. Remmius Pal. diff. serm. p. 317 Roth. 'P r o p e r a t q u i — f e s t i n a t q u i' e. q. s. Gloss. apud Mai. cl. auct. VII p. 561 'F e s t i n a r e dicitur qui' e. q. s.

XII. I n T h e r m u m p o s t c e n s. *cf. or. praecedentem.* 1. Iulius Rufinian de figur. 18 (p. 210 Ruhnk.) 'Dianoea. haec figura fit proprie cum proponitur non

---

1 fululo *codex, emend. Vrsinus.* legatus missus sum *coni. Scaliger. ante* Aetolos *excidisse uidetur* dicentes *siue simile quid.* 4 unum quicquid *Nonii Voss. sec., Harlei. corr. m. antiq. cf. Lachmannus ad Lucr. p. 286,* u. quidquid *Voss. 1, Harl. m. 1,* u. quique *cod. Festi m. 2 teste Keilio,* unum quid *Gellii libri,* u. quodque *Festus m. 1, ceteri.* 5 mutare (a u *superscr.*) transigit (gi *syll. m. ant. inducta*) *Harl. Non.* sibi incipit *Gellii Reg.* s *Lugd.* ꝑcipit (c *in* f *corr.*) *Gellii Reg.* 6 *uerba* ego unumquodque (*ita editiones*) — transigebam *Isidorus solus habet, in editione Breulii Parisina sic scribuntur* ego numquam quidquam quod adortus eram transibam. *fortasse:* mature transigebam. 8 '*aliquid deesse in hoc fragmento*' *Ruhnkenius dixit, cui*

2. rem in sin
. . . . uando pro
. . . . ne sacrem
. . . . primis fiet
. . . .

ORATIONVM IN Q. ET L. THERMOS RELIQVIAE INCERTAE SEDIS.

1. Sed a benefactis, ab optimis artibus fugit maxima fugella, perpetuissimo curriculo.

2. Neruo, carcere, moletrina.

3. Mortuus est, sepelitus est.

XIII. [ORATIONES IN M'. ACILIVM GLABRIONEM.]

IN M'. ACILIVM [ORATIO] QVARTA.

Postquam nauitas ex nauibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores feci, sed arma dedi.

id quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius . . (applicatur huic figurae etiam chria sententia necessaria) ut Cato in Thermum post censuram: qui' e. q. s. 2. Festus p. 318 M. 'Sacrem [porcum] . . . (*nouem uersuum reliquiae ita comparatae ut certi nihil restitui possit*) [C]ato aduer[sus Q. Minucium The]rmum post | [censuram] (*probabili coniectura restituit Henr. Meyerus ed. 1 p. 35.*) . . . rem.

Contra Thermos inc. sed. 1. Priscian. III p. 601 P. (p. 88 Hertz) 'uetustissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi (piior, arduior) sunt est quando usi. Cato . . . idem de Ptolemaeo minore de Thermi quaestione . . . idem Cato de Macedonia liberanda . . . idem in Thermum (hermum *Reg. Bamb.* therinum *Sang.* termum *Caroliruh.*): sed' e. q. s. 2. Nonius p. 63 'Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut foetutina. Cato in Thermum: neruo' e. q. s.

3. Priscian. X p. 909 P. (p. 546 Hertz) 'Praeterea notandum quod . . sepultum in frequentiore usu est supinum, antiquissimi etiam sepelitum dicebant, unde Cato in Thermum (termum *Bern.* thermo *Bamb.*): mortuus' e. q. s.

XIII. In M'. Acilium quarta. Festus p. 237 M. 'Penatores qui penu gestant. Cato aduersus M'. Acilium quarta: postquam' e. q. s.

---

non adsentior. 6 obtimis *Reg.* fugitq. *Lugd. Sang.*, fugit quae *Bern.* exigua fuga (*superscr.* glosa *del. m. sec.*) fugella *Regius*, flagella *Lugd. Sang.*, *in litura m. sec. Halberst.*, plagella *Caroliruh.*, *cf. Lachmannus ad Lucret. p. 204.* 7 perpetuussimo *Reg. m. 1*, perpetuiissimo *m. altera Reg. et Bern.* 9 est *om. Bamb.* sepilitus *Lugd.*

10 natiuitas *codex*, *correxit Ant. Augustinus.* 11 fici sedarum *codex*, feci sed arma *coni. Mommsenius*, sed aurum *Dacerius*.

XIIII. IN M. FVLVIVM NOBILIOREM.

1. Iam principio quis uidit corona donari quemquam, cum oppidum captum non esset aut castra hostium non incensa essent?

2. **Cicero Tusc. I 2* 'Sero igitur a nostris poetae uel cogniti uel recepti . . . honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori quod is in prouinciam poëtas duxisset. duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium'.

XV. DE PECVNIA REGIS ANTIOCHI.

Liuius XXXVIII 54 'Suasit rogationem (Petilliorum) Cato, exstat oratio eius de pecunia regis Antiochi'.

XVI. DE CONIVRATIONE.

Precem.

XVII. IN L. QVINCTIVM FLAMININVM.

1. *Liuius XXXIX 42* 'Catonis et aliae quidem acerbae orationes exstant in eos quos, aut senatorio loco mouit aut quibus equos ademit, longe grauissima in L. Quinctium oratio est . . . inter cetera obiecit ei Philippum Poenum carum ac nobile scortum ab Roma in Galliam prouinciam spe ingentium donorum perductum. eum puerum per lasciuiam cum cauillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori iactaret. forte epulantibus iis, cum iam uino incaluissent, nuntiatum in conuiuio esse nobilem Boium cum liberis trans-

XIIII. In M. Fuluium Nobiliorem. 1. Gellius V 6, 24 'M. Cato obiicit M. Fuluio Nobiliori quod milites per ambitum coronis leuissimis causis donasset. de qua re uerba ipsa apposui Catonis: iam' c. q. s.

XVI. De coniuratione. Festus p. 242 M. 'Praecem singulariter Cato in ea quae est de coniuratione'.

---

1 Nam *Vatic.*, Iā (I *m. alt. in loco uacuo*) *Reg.* queequam *Vat.*, q̄quam *Rottend.*, queq̂m *Reg.* 2 opidum *Reg.* fuisset nō *Vatic.* 10 praecem *codex.*

fugam uenisse; conuenire consulem uelle. introductum in tabernaculum per interpretem adloqui consulem coepisse. inter cuius sermonem Quinctius scorto, uis tu, inquit, quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem uidere? et cum is uixdum serio adnuisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse deinde fugienti fidemque populi Romani atque eorum qui aderant imploranti latus transfodisse.

2. *Ibid. c. 43* 'In extrema oratione Catonis condicio Quinctio fertur, ut si id factum negaret ceteraque quae obiecisset, sponsione defenderet sese; sin fateretur, ignominiane sua quemquam doliturum censeret, cum ipse uino et uenere amens sanguine hominis in conuiuio lusisset'.

3. *Aliud est, Philippe, amor, longe aliud est cupido. accessit ilico alter, ubi alter recessit; alter bonus, alter malus.

XVIII. IN L. VETVRIVM DE SACRIFICIO COMMISSO CVM EI EQVVM ADEMIT.

1. Domi cum auspicamus, honorem me dium immortalium uelim habuisse. serui, ancillae siquis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi uitium facit. si cui ibidem seruo aut ancillae dormienti euenit quod comitia prohibere solet, ne is quidem mihi uitium facit.

3. Isidorus de differentiis uerb. §. 5 (uol. V p. 2 Areu.) 'Inter amorem et cupidinem. aliud est, inquit Cato, Philippe' c. q. s.

XVIII. In L. Veturium de sacr. commisso. 1. Festus p. 234 M. 'Prohibere comitia dicitur uitiare diem morbo, qui uulgo quidem maior ceterum ob id ipsum comitialis appellatur. Cato in ea oratione quam scripsit de sacrilegio commisso (sacrificio *Meyerus corr. u. proleg.*): domi' c. q. s.

---

14 philippi *cod. Barthii adu. XXXIX 6 (?), Basileensis teste Orellio apud Meyerum p. 58.* longe quam cupido *Paris. teste Fr. Dübnero*, longe aliudque *Areualus.* 15 ubi *Paris., Areualus*, ibi *Basil., cod. Barthii; om. Vatic.* 16 dium *codex, tuetur Fruter. uerisim. I 16, cf. Lachmannus in Lucr. p. 226*, deum *Ant. Augustinus.* 17 sub centone crepuit *ridicule Meyerus 'de innominatis uerbis' intellegit. cf. Ios. Scaliger Auson. lect. I p. 99.* 20 id *Dacerius*, is *codex, tuetur Klotzius Iahnii annal. phil. XL p. 391.*

2. Quod tu, quod in te fuit, sacra stata, sollemnia, capite sancta deseruisti.

3. Aquam Anienem in sacrarium inferre oportebat. non minus XV milia Anien abest.

4. Mense Octobri fecimus, Nouembris relicuus erat.

5. *Gellius VI (VII) 22* 'Nimis pingui homini et corpulento censores equum adimere solitos scilicet, minus idoneum ratos esse cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus. non enim poena id fuit, ut quidam existimant, sed munus sine ignominia remittebatur. tamen Cato in oratione quam de sacrificio commisso scripsit obiicit hanc rem criminosius, uti magis uideri possit cum ignominia fuisse'.

6. *Sedere non potest in equo trepidante.

7. Graeco ritu fiebantur Saturnalia.

8. Qui illius inpudentiam norat et duritudinem.

2. Festus p. 344 M. 'Stata sacrificia sunt quae certis diebus fieri debent. Cato in ea quam scribsit de L. Veturio de sacrificio commisso cum ei equum ademit: quod' e. q. s. Paulus p. 345 'Stata — fiebant. Cato: sacra' e. q. s. 3. Priscian. VI p. 684 P. (p. 208 Hertz) 'Anio etiam Anienis, quod antiqui secundum analogiam Anien nominatiuum proferebant. Cato contra Veturium. (*ex* uel * rium *corr. Bamb.*) 4. Priscian. VI p. 696 P. (p. 230 Hertz) 'Vetustissimi tamen genetiuo quoque similem nominatiuum eorum (September, October) proferebant. Cato de sacrificio commisso: mense' e. q. s. 6. Seruius ad Verg. Aen. IIII 121 'Quidam trepidant ab equis qui hodieque trepidiarii dicuntur appellari putant. Cato: sedere' e. q. s. 7. Priscian. VIII p. 789 P. (p. 377 Hertz) 'Fitur etiam pro fit dicebant. M. Cato . . idem de Lucio Veturio (uịeturio *Carolir.*): Graeco' e. q. s. 8. Gellius XVII 2, 20 (Sanctitudo maioris dignitatis uerbum quam sanctitas) 'sicuti M. Cato in L. Veturium (uel * urium *Voss.* ueteriū *Sangerm.*): qui' e. q. s.

---

1 sollempnia *codex.* capite *omittit Paulus, induci uult Dübnerus*, caste *coni. Müllerus: cf. E. Lübbertus comment. pontif. p. 177.*
3 Anienem (anienen *Sang. m. sec.*) *libri, tuetur R. Klotz. in Iahn. annal. XL p. 390 conl. Victor. de uir. ill. 33.* Anienam *scripsit Lipsius uar. lect. III, 11.* in sacrarium *bis scriptum in Amien.* autem *post* oportebat *inserunt Bamb. Amien. Halberst. Carolir. Sang. m. 2*, .Oportebat autem *Bamb. Vatic. post* non *Lugd. Sang. m. 1. post* minus *m. 2 Reg. et Bern.* 5 octubri *Bamb.* reli[q]cuus *Reg., corr. m. 2,* reliq[u]s *Sang.*, reliquus *ceteri.* 6 *Inter glossas Catonianas apud Paul. Festi p. 27 M. legitur* '*aletudo, corporis pinguedo*', *quo uocabulo in hac oratione fortasse usus est.* 14 fiebant *Bamberg., Reg. m. pr.*, fiebantur *Reg. m. sec., ceteri.* 15 inpudentiam *Regin. Voss. Gellii*, inprudentiam (impr. *Guelferb.*) *Nonii libri.* qui norat *Nonii libri*, quia n. *coni. Rothius.*

9. Hostem num unum icit?

10. *Propter tenuitatem et plebitatem.

11. *Asinum aut musimonem aut arietem.

XVIIII. IN L. FVRIVM DE AQVA
SIVE DE MVLTA.

1. O quanti ille agros emit, qua aquam duceret.

2. Prorsum quodcumque iubebat fecisse neque quemquam obseruauisse.

3. Domi meae saepe fuit.

4. Necessario faciendum fuit.

5. Quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura uectigalium, resignat.

Nonius p. 100 'Duritudo pro duritia Cato in Veturium (Veturium *uel* Vet'ium *deteriores Leid.*): qui illius inquit' e. q. s. 9. Priscian. X p. 886 P. (p. 509 Hertz) 'Ico . . . producit paenultimam in praeterito perfecto et mutat o finalem in i, ico ici, unde ictus. Cato censorius de Veturio (beturio *Bern. Lugd.*, *ex* buturio *corr. Reg.*, betuturio *Sangall.*): hostem' e. q. s. 10 Nonius p. 149 'Pleuitatem ignobilitatem Cato pro Veturio (in proueturio *uel* uecurio *deteriores Leid.* pro Lucio Turio *coni. Maiansius. Meyerus dubitat, utrum* in L. Veturium *an* C. Cotta pro Veturio *scribendum sit: u. proleg.*) propter' e. q. s. 11. Nonius p. 137 'Musimones asini muli aut equi breues . . Cato de Letorio (del&torio *Guelf.* in edletorio *libri Periz. 16. 64 Leid. 159.*): asinum' e. q. s.

XVIIII. In L. Furium de aqua. 1. Charis. II p. 192 P. (p. 216 Keil) 'Quanti, cum interrogamus nec emimus, atqui Cato in I in Furium (Cato in L. Furium *exc. Cauch. in add. p. 610*) de caro emptis: o' e. q. s. 2. Idem II p. 189 P. (p. 212 Keil) 'Prorsum Plautus . . . M. Cato in L. Furium de multa: prorsum' e. q. s.

3. Idem I p. 101 P. (p. 126 Keil) 'Domi suae Varro . . nec enim potest aduerbium dici, cui suae pronomen adest. Cato de multa contra L. Furium: domi' e. q. s. 4. Idem II p. 186 P. (p. 208 Keil) 'Necess[ario M. Cato] in L. Furium de multa: necessario' e. q. s. 5. Seruius ad Verg. Aen. IIII 244 Lumina morte resignat] 'Alii tradunt resignare uetuste ita dictum, ut nos adsignare dicimus, pro damno, ut est apud Catonem in Lucium Furium de aqua: quod' e. q. s. (de aqua *indici orationis uindicauit Müllerus ad Fest. p. 370.*)

---

1 num unum *uel* nullum *coni. Mommsenius*, numum *Reg. Heidelb.*, **mum *Halberst.*, numim *Lugd. Sangall.*, numui *Carolir. et superscr.* uel nunium *Monac.*, numium, niminm, non *Krehlii tres*, numiicit (ini *inter lin. scripto*) *Paris. s. IX teste Dübnero*, num *Bern. Bamb.* 2 pleuitatem *libri*, plebitatem '*alii codices*' *teste Dübnero*. 3 asinum et *Guelferbytanus*, *qui haec Catonis in inferiore mg. habet.* 5 iudebat *ed. princ.*, lubebat *coni. Keilius*. 8 faciendum *ed. pr.*, . . ciendum *cod. Neap.*

6\. . . . . s. praetores secundum populum uindicias dicunt.

7\. Die proximi.

XX. DE MORIBVS CLAVDI NERONIS.

1\. Pecunia mea rei publicae profui quam isti modi uti tu es.

2\. Haruspicem, fulguratorem siquis adducat.

XXI. IN CENSVRA DE VESTITV ET VEHICVLIS.

Nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores quos prius

6\. Festus p. 376 M. 'Vindiciae appellantur res eae de quibus controuersia, quod potius dicitur ius, quia (uis, quam *Huschkius*) fit inter eos qui contendunt. Cato in ea quam scribit L. Furio de aqua (scripsit in L. Furium *Müllerus*): . . . s' e. q. s. 7. Gellius X 24, 10 'Sed ut plerique die pristini ita M. Cato in oratione contra Furium d. p. dixit'. Nonius p. 153 'Proximi id est proxumo. Cato contra Furium: d. p'.

XX. De moribus Claudi Neronis. 1. Priscian. VI p. 694 P. (p. 228 Hertz) 'Illi pro illius Cato . . . idem de moribus Claudi Neronis (*eronis *Reg.* heronis *Amien. Sang. Lugd. Carolir.*): pecunia' e. q. s. 2. Nonius p. 63 'Fulguratoris, ut extispicis et haruspicis, ita hi fulgurum inspectores. Cato de moribus Claudi Neronis: haruspicem' e. q. s.

XXI. In cens. de uestitu et uehiculis. Priscian. VI p. 694 P. (p. 226 Hertz) 'Quamuis uetustissimi soleant omnium in ius terminantium genetiuum et in i datiuum etiam in i genetiuum et in o datiuum . . proferre. M. Cato in censura de uestitu et uehiculis (ueiculis *Bamb. Carolir.*): nam' e. q. s. id. p. 717 P. (p. 266 Hertz) 'Alius quoque tam huius alius . . quam alii genetiuus inuenitur apud ueteres . . M. Cato in censura de uestitu et uehiculis (uechiculis *Sang. Lugd. Carol.* uehi * * * * * *Halb.*): nam' e. q. s. id. XIII p. 960 P. (p. 8 Hertz) 'Nec non genetiuus (alius *uoc.*) . . in i quoque inuenitur. Marcus Cato de uestitu et uehiculis (M. Caelius *libri, in Reg. corr. m. sec.*; et de uehiculis *Reg.*): nam' e. q. s.

---

1 *uereor ne in integri uersus lacuna Catoniana uerba interciderint.* 3 die proxumo *Nonii Guelferb. et deteriores Leid.*, proximo *Vossianus teste Hullemanno.* 4 paecunia *Bern.* puplicae *Sang. Carolir.* profui *scripsi*, profuit *libri: cf. Haasius ad Reisigii schol. gramm. p. 401.* 6 auruspicem *uel* hauruspicem *Leid. deter.* fug[l]uratorē *Guelferb.* 7 per iniuriam *Sang. Lugd. p. 694, Bern. p. 717,* [per]friniurium *Reg. p. 694,* periurium *Sang. Carol. p. 717, Bamb. m. pr. Halb. Sang. p. 960,* peiurium *Lugd. ib.* si et *Lugd. Carolir. p. 694. 717, Sang. et superscr.* et *Bern. p. 694.* ab *Bamb. p. 694, manu pr. Bamb. Reg.* (*in* ob *corr.*) *p. 717, Reg. Bern. p. 960.* quos et prius *Lugd. p. 717.*

habui honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii modi sim.

XXII. VTI BASILICA AEDIFICETVR.

Antequam is uilicare coepit.

XXIII. AD LITIS CENSORIAS.

1. Scio fortunas secundas neglegentiam prendere solere; quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.

2. Periculatus sum.

XXIIII. DE LVSTRI SVI FELICITATE.

Eumenius gratiarum act. Const. 13. panegyr. uet. I p. 469 Iaeger. 'Praeclara fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate. iam tum enim in illa uetere re publica ad censorum laudem pertinebat, si lustrum felix condidissent, si horrea messis implesset, si uindemia redundasset, si oliueta larga fluxissent'.

ORATIONVM CENSORIARVM
RELIQVIAE INCERTAE SEDIS.

1. *Plinius nat. hist. XXXIIII 6* 'Extant Catonis in censura uociferationes, mulieribus Romanis in prouinciis statuas poni'.

XXII. Vti basilica aedificetur. Priscian. VIII p. 828 P. (p. 433 Hertz) 'A uilico etiam uilico uel uilicor dicebant antiqui. Cato in oratione quae inscribitur uti basilica aedificetur (ut *Sang. Carolir.* bassilica *Carol.* aedificatur *Carol. Sang. Lugd.*): antequam' e. q. s.

XXIII. Ad litis cens. 2. 1. Festus p. 242 '[Peri]culatus sum Cato ait in ea oratione quam scribsit ad (*fortasse* ob) litis censorias. parsi, non peperci ait Cato in eadem oratione: scio' e. q. s.

---

1 datum *Reg. m. 1 p. 694.* est *om. Amien. ib.*, sit *libri p. 960.* .Tum *Halb. Bern. m. sec.*, .Dum *Bern m. 1 p. 694*, tum *ex* cum *corr. Carol. p. 717.* mutiem *Amien. p. 717*, motem *Carolir.* (*una littera ante* t *deleta*) *Lugd. ib.* 3 ante quamuis *Sang.*, his *Reg.*, autem *Lugd.* uilificare *Carolir.* caepit *Bern.* 7 . . . culatus *Festi codex*, periculatus *Paulus p. 243.*

2. **Gellius IIII 12* 'Siquis agrum suum passus fuerat sordescere eumque indiligenter curabat ac neque arauerat neque purgauerat, sine quis arborem suam uineamque habuerat derelictui, non id sine poena fuit, sed erat opus censorium censoresque aerarium faciebant. item quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum uisus erat, inpolitiae notabatur. id uerbum significat, quasi tu dicas incuriae. cuius rei utriusque auctoritates sunt et M. Cato id saepenumero attestatus est'.

XXV. NE LEX BAEBIA DEROGARETVR
DISSVASIO.

1. Hoc potius agam quod hic rogat.
2. Pecuniam largibo tibi.

XXVI. DE AMBITV.

Sed sunt partim qui duarum rerum alterius utrius causa magistratum petunt.

XXVII. NE DE LEGE ORCHIA DEROGARETVR
[DIS]SVASIO.

1. Qui antea . . obsonitauere postea centenis obsonitauere.

XXV. Ne lex Baebia derogaretur. 1. Festus p. 282 M. 'Rogat est consulit populum uel petit ab eo ut id sciscat quod ferat. unde nos quoque . . . Cato in dissuasione ne lex Baebia derogaretur: hoc' e. q. s. 2. Nonius p. 470 'Largi pro largire . . Cato lege Baebia (bebia *Guelf.*): pecuniam' e. q. s.

XXVI. De ambitu. Priscian. V p. 668 P. (p. 182 Hertz) 'Vetustissimi tamen et altera utra . . et alterius utrius solebant proferre . . Cato de ambitu: sed' e. q. s. idem VI p. 693 P. (p. 226 Hertz) 'Inueniuntur tamen et altera utra et alterum utrum protulisse ueteres et ex utraque parte declinasse. . . Cato de ambitu: sed' e. q. s.

XXVII. Ne de lege Orchia derogaretur. 1. Festus p. 201 M. 'Obsonitauere saepe obsonauere. Cato in suasione [ne] de lege Orchia derogaretur (ne *add. Meyer*, ne legi Orchiae *Ant. Augustinus*): qui' e. q. s.

---

11 largibo tibi *scripsi*, inlargiuo (mlargiuo *Guelf. m. pr.*, inl. *corr. m. sec.*) tibi *libri*, inlargibo *uulgo*, pecuniam largi do tibi *coniecit I. Ger. Hullemann: cf. proleg.* 11 partium *Carolir. corr. m. 2 l. F.* qui partim *Sang. ib.*, partim quae *Lugd. l. VI.* uarum (d above) *Reg. m. sec. ib.* 12 magistrum *Bamb. l. V.* 14 qui antea per se caenitauere, postea centeni obsonitauere *coni. Scaliger*, denis *post* antea *excidisse*

2. *Festus p. 242 M.* 'Percunctatum patris familiae nomen ne quis seruum mitteret lege sanctum fuisse ait Cato in ea qua legem Orchiam suadet'.

3. *Schol. Bob. in Cic. pro Sest. 66, 138 p. 310 Or.* 'Implet exhortationem bonae sectae ad conseruationem rei publicae pertinentis. non aliter et M. Cato in legem Orchiam conferens .... et ea quae nirtus, ut summae gloriae sint a uirtute proficiscentia, dedecoris uero praecipui existimentur quae uoluptas suadeat non sine labe uitiorum'.

4. *Macrobius Sat. III 17 (II 13), 3 p. 335 Ian.* 'Et haec est lex Orchia, de qua Cato mox orationibus suis nociferabatur, quod plures quam praescripto eius canebatur ad coenam nocarentur'.

5. **Idem ib 13 p. 339* 'Cato enim sumptuarias leges cibarias appellat'.

XXVIII. DE RE HISTRIAE MILITARI.

† Punctatoriolas.

XXVIIII. DE FVLVI NOBILIORIS CENSVRA.

Festus p. 282 M. 'Retricibus cum ait Cato in ea quam scripsit cum edissertauit Fului Nobilioris censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra uiam Ardeatinam inter lapidem secundum et tertium, qua inrigantur horti infra uiam Ardeatinam et Asinariam usque Latinam'.

XXVIII. De re Histriae mil. Festus p. 242 M. 'Punctatoriolas leuis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histriae militari'.

---

putauit A. Augustinus. 3 suadet *Ellendtius ephem. litt. Hal. a. 1834 p. 89,* dissuadet *codex. u. proleg.* 6 in legem Orchiam conferens *dictum esse pro eo quod est* '*legem Orchiam suadens*' *olim iniuria defendi quaest. Cat. p. 57. uidentur excidisse uerba quaedam uelut* conferens [ea quae uoluptas pariat et] ea quae uirtus *e. q. s. neque enim audeo ipsa sententiae uerba Catoni tribuere, ut sit* M. Cato in legem Orchiam: confersis [quae —] et ea quae *e. q. s.* 7 gloria *codex.* 16 punctariolas *Paulus p. 243; an* pugnariolas?

XXX. DE TRIBVNIS MILITVM.

1. Expedit pauperem plebeium atque proletarium.
2. Loca ardua et cliua depressa..

XXXI. IN P. FVRIVM PRO HISPANIS.
[DE FRVMENTO.]

Utrubi bona utrubi mala gratia capiatur, utrinde iram utrinde factiones tibi pares.

XXXII. SVASIO LEGIS VOCONIAE.

1. Principio uobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam pecuniam recipit, quam in uiri potestatem non conmittat. eam pecuniam uiro mutuam dat. postea, ubi irata facta est, seruum recepticium sectari atque flagitare uirum iubet.

2. Agrum quem uir habet tollitur.

XXX. De tribunis militum. 1. Nonius p. 67 'Proletari dicti sunt plebei qui nihil rei publicae exhibeant sed tantum prolem sufficiant. Cato de tribunis militum: expedito' e. q. s. 2. Nonius p. 195 'Clinus generis masculini, ut plerumque, neutri apud Memmium . . . Cato de tribunis militum: loca' e. q. s.
XXXI. In P. Furium pro Hispanis de frumento: Asconius fals. ad Cic. diuin. 20 p. 124 Or. 'Cato hic accusauit . . P. Furium pro iisdem (Lusitanis) propter iniquissimam aestimationem frumenti. Charis. II p. 198 P. (p. 224 Keil) 'Vtrinde Cato pro Hispanis (de [pro] hispanis *cod. Neap.*, pro Lusitanis Hispanis *Fabricius*) de frumento: utrubi' e. q. s.
XXXII. Suasio legis Voconiae. 1. Gellius XVII 6, 1 'M. Cato Voconiam (nocaniam *Lugd.*) legem suadens uerbis hisce usus est: principio — iubet. quaerebatur seruus recepticius quid esset. libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis' e. q. s. id. ib. 6, 8 'ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem uolens, mulier, inquit — recipit, hoc est retinet'. Festus p. 282 M 'Recepticium seruum Cato in suasione legis Voconiae cum ait, significat qui ob uitium redhibitus sit: ubi irata' e. q. s. Nonius p. 54 'Receptitium seruum quidam ab ea proprietate dictum uolunt, ut si nequam et nihili sit . . . sed uera haec est eius nominis interpretatio, quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie receperit. Plautus . . Cato: mulier' e. q. s. 2. Seruius ad Verg. Aen. I 573 Vrbem quam statuo uestra est] — 'Quamquam hoc schema de antiquioribus sumptum possimus accipere. ait enim Cato in legem Voconiam: agrum' e. q. s.

---

1 expedit *coni. Mommsenius*, expedito *libri*. atque proletarium *om. Vossian.*, *add. in mg. Guelferb.* 3 utrinque iram *cod. Neap.*, utrinde iram *ed. pr.* 4 factionem *excerpta Cauchiana ap. Keil. add. p. 610.* 5 et magnam dotem dat et *Gellius l. s. s. 8*, *Nonius.* adtulit *Magl.* 6 recepit *Lugd. Pet.*, retinet *Nonius.* conmittat *Reg.*, committit *reliqui.* 7 nisi irata *Lugd.*, ŭ rapta *Reg.* 8 receptiuū *Reg.*

3. *Gellius VI (VII) 13* 'In M. Catonis oratione qua Voconiam legem suasit quaeri solet, quid sit classicus, quid infra classem'.

XXXIII. DE MACEDONIA LIBERANDA.

1. Idque perpetuius atque firmius repsit.

2. *Spartian. Hadrian. 5 p. 47 Salm.* 'Quare (Hadrianus) omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiauit, quia teneri non poterant'.

XXXIIII. PRO RHODIENSIBVS.

XXXV. DE ACHAEIS.

Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque uexaret.

XXXVI. NE QVIS ITERVM CONSVL FIAT.

1. Dicere possum, quibus uillae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pauimentis Poenicis sient.

2. Imperator laudem capit, exercitum meliorem industriiorem facit.

XXXIII. De Macedonia liberanda. 1. Priscian. III p. 600 P. (p. 88 Hertz) 'Vetustissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi sunt est quando usi (adiectiu. quae ante us uocalem habent). Cato: .. idem de Macedonia (macidonia *Sang. Lugd. Bern. m. 1*): idque' e. q. s.

XXXIIII. Pro Rhodiensibus: *reliquias inserui originum l. V. p. 21 s.*

XXXV. De Achaeis. Gellius II 6, 7 'M. Catonis uerba sunt ex oratione quam de Achaeis scripsit (acheis *Rott. Reg. Thuan.* hacheis *Vatic.*): cumque — uexaret. uexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis .. genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit)'. Macrob. Sat. VI 13 'M. Catonis uerba sunt ex oratione quam de Achaeis scripsit: cumque' e. q. s. Seruius ad Verg. Bucol. 6, 76 'Nam qui fertur et raptatur... uexari proprie dicitur. Cato in oratione de Achaeis: cumque' e. q. s.

XXXVI. Ne quis iterum cos. fiat. 1. Festus p. 242 M. 'Pauimenta Poenica marmore Numidico constrata significat Cato, cum ait in ea quam habuit ne quis Cos. bis fieret: dicere' e. q. s. 2. Priscian. III p. 601 P. (p. 88 Hertz) 'Vetu-

---

2 *classici definitio non pertinet ad or. Catonis.* 3 perpetuus *Halberst. et Bern. m. pr.*, perpetuiius *Lugd.* adque firmus reprepsit *Reg.* (*corr. m. sec.*). 8 Annibal *ed. Danielis.* 11 sient *scripsi*, poeniciistent *codex teste Keilio mus. rhen. VI p. 622*, poenicis stent *uulgo.* 12 meliorem *om. Lugd.* indu-

XXXVII. *DE BELLO KARTHAGINIENSI.

1. Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa.

2. Aures nobis † calliscerunt ad iniurias.

3. *Homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circumposuerunt, ita interfecerunt.

4. **Solinus polyhist. 27 p. 36 C Salm.* 'Vrbem istam (Karthaginem), ut Cato in oratione senatoria autumat, cum rex Iapon rerum in Libya potiretur, Elisa mulier exstruxit domo Phoenix et Karthadam dixit, quod Phoenicum ore exprimit ciuitatem nouam'.

XXXVIII. CONTRA SER. GALBAM PRO LVSITANIS.

XXXIX. CONTRA SER. GALBAM AD MILITES.

Gellius I 23 'Historia de Papirio Praetextato dicta scriptaque est a M. Catone in oratione qua usus est ad milites contra Galbam cum multa quidem uenustate atque luce atque munditia

stissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi (piior, arduior) sunt est quando usi. M. Cato in oratione ne quis iterum consul fiat. imperator' e. q. s.

XXXVII. De bello Karthaginiensi. 1. Gellius VIIII 14, 10 'Sic autem dies dii a ueteribus declinatum est ut fames fami . . M. Cato enim in ea oratione quam de bello Carthaginiensi composuit (Cartaginensi *Reg. Lugd.* Kartaginensi *Petau. Rott.* Kartaginiensi *Sang.*): pueri' e. q. s. 2. Nonius p. 89 'Calliscerunt prout calluerunt. Cato de bello Carthaginiensi (Carthaginensi *Guelferb.*, Cartaginensi *deteriores Leid.*): aures' e. q. s. 3. Gellius III 14, 19 'Varro . . dimidiatum nisi ipsum quod diuisum est dici haud conuenire [existimat] . . . M. Cato de Carthaginiensibus (Carthaginensibus *Reg.*, *om.* h *littera Rott. Vat.*) ita scripsit: homines' e. q. s.

XXXVIII. Contra Ser. Galbam pro Lusitanis: *reliquias inserui originum l. VII p. 27.*

XXXIX. Contra Ser. Galbam ad milites. Macrob. Sat. I 6 'Mos antea senatoribus Romae fuit (p. 57, 4) — prudentiam'.

---

i
striorem *Reg. Bern. Sang.*, industriorem *Bamb. Halb. Lugd.* industriorem facit *in lacuna Carolir. m. sec.* 2 calliscerent *Struuius de decl. et coniug. l. Lat. p. 217*, callisennt *Meyerus.* iniurias. habeat alium quaestum coepiat *libri, quae uerba ad u. Plauti Truc. II 1, 23 a Nonio s. u.* coepere *citatum pertinere uidit Iunius.* 6 lapon *'libri optimi'*, tapum *uel* lapum *deteriores: cf. Mouersius rerum Punic. II 1 p. 362.* 10 *Catonis et Polybii III 20 de pueris in senatum introductis dissensum Beckerus tetigit enchiridii ant. Rom. II 2 p. 421.*

uerborum. ea Catonis uerba huic prorsus commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum haec dictaui. quod si non uirtutes dignitatesque uerborum, sed rem ipsam scire quaeris, res ferme ad hunc modum est. mos antea senatoribus Romae fuit, in curiam cum praetextatis filiis introire. tum, cum in senatu res maior quaepiam consultata eaque in diem posterum prolata est placuitque, ut eam rem super qua tractauissent, nequis enuntiaret, priusquam decreta esset, mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percontata est filium, quidnam in senatu patres egissent. puer respondit tacendum esse neque id dici licere. mulier fit audiendi cupidior; secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum euerberat, quaerit igitur compressius uiolentiusque. tum puer matre urgente lepidi atque festiui mendacii consilium capit. actum in senatu dixit, utrum uideretur utilius exque re publica esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. hoc illa ubi audiuit, animus compauescit, domo trepidans egreditur ad ceteras matronas. peruenit ad senatum postridie matrum familias caterua. lacrimantes atque obsecrantes orant, una potius ut duobus nupta fieret quam ut uni duae. senatores ingredientes in curiam, quae illa mulierum intemperies et quid sibi postulatio illaec uellet, mirabantur. puer Papirius in medium curiae progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset, rem sicut fuerat denarrat. senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur, consultum facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant praeter ille unus Papirius. atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum Praetaextatus ob tacendi loquendique in aetate praetextae prudentiam'.

[ORATIONES QVARVM TEMPORA INCERTA SVNT.]

XL. SI SE M. CAELIVS TRIBVNVS PLEBIS APPELLASSET.

1. Numquam tacet quem morbus tenet loquendi, tamquam

XL. Si se Caelius trib. pl. appellasset: Fronto ad M. Caesarem III 5 p 75 ed. Rom. 'legi Catonis orationem qua tribuno diem dixit'. *u. proleg.* Gellius I 15, 8 'Cumprimis autem M. Cato atrocissimus huiusce uitii (futilis loquacitatis) insectator est. namque in oratione quae inscripta est si se Caelius (sic' selius *Reg.*) tribunum plebis appellasset (tribunū *Rott. Vatic.* pleб *Rott. Reg.*): numquam, inquit', e. q. s.

ueternosum, bibendi atque dormiendi. quod si non coueniatis, cum conuocari iubet, ita cupidus orationis conducat qui auscultet. itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. nam eius uerba audiuntur, uerum se nemo committit [ei], si aeger est.

2. Frusto panis conduci potest, uel uti taceat uel uti loquatur.

3. In coloniam me hercules scribere nolim, si trium uirum sim, spatiatorem atque fescenninum.

4. Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ridicularia fundere.

5. Praeterea cantat, ubi collibuit, interdum Graecos uersus agit, iocos dicit, uoces demutat, staticulos dat.

6. Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique

2. Gellius l. s. s. 10 'Idem Cato in eadem oratione eidem M. Caelio tribuno plebi uilitatem opprobrans non loquendi tantum uerum etiam tacendi: frusto inquit' e. q. s. 3. Festus p. 344 M. '[Spa]tiatorem erratorem Cato in M. Caelium (An. Caelium *cod.*, *corr. Vrsinus*) si se appellauisset: in' e. q. s. 3—5. Macrob. Sat. III 14, 9 'M. Cato senatorem (Cato *om. Bamb. Gud. Vatic. Medic. 3* men. senatorem *Med. 1 m. 1.* in sen. *m. 2*) non ignobilem Caecilium (Coelium *corr. Meursius*) spatiatorem et fescenninum uocat eumque staticulos dare his uerbis ait: descendit—fundere. et alibi in eundem: praeterea' e. q. s. cf. Io. Saresb. de nug. cur. VIII 12. 6. Paulus Festi p. 59 s. M. 'Citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa uehi solita sit. Cato in M. Caecilium (Coelium *mg. August.*, *cod. Guelf.*) quid' e. q. s. Thesaur. nou. latin. ed. Mai cl. auct. VIII p. 116 'Item a cis haec citeria ·i· effigies quaedam ridiculi causa in forum allata, unde idem Cato, ludis, inquit, pro citeria'.

1 uiuendi *libri.* coueniatis *Vat.: cf. Lachmannus in Lucr. p. 136;* geniatis *Rott.*, conueniatis *cum ceteris editiones*, conueniat *uel* conueniatur *Laurentianus al. deter.* 2 ita cupidus orationis conducat (ↄgducat *Rottend.*) *Reg. Rott. Vat.*, *tuetur Iac. Gronouius: cf. M. Hertzii uindic. Gell. (Gryph. 1858) p. 25 sq.;* ita est cupidus orationis ut *uulgo*, *prob. I. Frid. Gronouius*, *qui tamen posse dicit etiam sic legi* (ita cupidus orationis est) conducit. 3 armacopolam *Rott. Vat.*, arma copulam *Reg.*, farmacopolam *Laur.* 4 nemo se *Laur.* ei, *quod a libris abest*, *uulgo post* se, *ab Hertzio ante* si *additur.* si]qui *Laur.* 5 ager est *Reg.* 8 mercules *codex*, *cf. Lachm. in Lucr. p. 152*, mehercules *Vrsin.* triumuir *Ant. Augustinus*, *iure reprehensus ab O. Müllero.* 10 canterio *Medic. I Salisb.* satticulos *Bamb.*, saticulos *Vatic.* ridicula *Medic. I Salisb. Paris. I.* 13 locos *Cantabr. Med. I*, iocus *Vatic.* datur *Vatic.*

credo in pompa uectitatum iri ludis pro citeria atque cum spectatoribus sermocinaturum.

7. † Si em percussi, saepe incolumis abii. praeterea pro scapulis atque aerario multum rei publicae profui.

8. Ecquis illi modi esse uult?

9. . . a porta Naeuia atque ex . .

XLI. IN LENTVLVM APVD CENSORES.

1. Quod maiores sanctius habuere defendi pupillos quam clientem non fallere. aduersus cognatos pro cliente testatur, testimonium aduersus clientem nemo dicit. patrem primum, postea patronum proximum nomen habuere.

7. Festus p. 234 M. 'Pro scapulis cum dicit Cato, significat pro iniuria uerberum. nam complures leges erant in ciues rogatae, quibus sanciebatur poena uerberum. his significat prohibuisse (prohib. *se cod.*) multos suos ciuis in ea oratione quae est contra M. Caelium: si' e. q. s. 8. Priscian VI p. 694 P. (p. 228 Hertz) 'Illi pro illius Cato in M. Caelium (caecilium *uel* cicilium *libri*): 'ecquis' e. q. s. 9. Festus p. 169 M. (Paulus p. 168) '[Naeuia silua dicta iuxta urbem, quod Naeui cuiusdam fuerit] . . nemora Naeuia ap*pellata etiam fuisse Verrius* || ait: qua obprobri loc*o* (loc *cod. teste Keilio mus. rhen. VI p. 621*) . . . || quod in ea morari ad*suessent perditi ac nequam ho* || mines testis est M. Ca*to in ea quam scripsit in* M. Caelium si se appella*uisset* . . .' || (*litteris inclinatis Vrsini suppl. scripsi.*)

XLI. In Lentulum apud cens. Gellius V 13, 4 'Conueniebat autem facile constabatque ex moribus populi Romani primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere fidei tutelaeque nostrae creditos; secundum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dediderunt; tum in tertio loco esse hospites; postea esse cognatos adfinesque. huius moris obseruationisque multa sunt testimonia atque documenta in antiquitatibus perscripta, ex

1 uectitatum iri *coni. Scaliger castig. p. XLIII*, ire *Paulus.* 3 si em *codex*, *tuetur Müllerus conl. Paulo p. 77 'em pro eum'*, hostem *coni. Scaliger*, saepe *Mommsenius.* praeterea pro rep. *codex*, pro re publica, *quod glossema esse adparet, deleui.* 4 R. P. *codex.* profui *coni. A. Augustinus*, profuit *codex.* 5 ecquis *Bamb. Halb. Heidelb. teste Lind. Paris. 7497 teste Dübnero p. 177*, haec quis *Reg.*, et quis *reliqui.* 6 *de porta Naeuia cf. Beckerus ant. Rom. I p. 165 sq. sententia Catonis probabiliter restitui non potest.*

8 pro cliente — 9 dicit *om. Reg.* testamur *coni. Gronouius*, testatur *passiue dictum iure tuetur Meyerus: cf. Prisc. VIII p. 797 P. (p. 392 Hertz):* testari cum — dicit, patrem *coni. Mommsenius in annal. histor. H. Sybelii I (1859) p. 377.* 10 habuere *Hertzius*, habere *libri.*

XLII. ADVERSVM TIB. SEMPRONIVM LONGVM.

Si posset auctio fieri de artibus tuis, quasi supellectilis † solet . .

XLIII. CONTRA TIBERIVM EXVLEM.

Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses?

XLIIII. CONTRA CORNELIVM APVD POPVLVM.

Ecquis incultior, religiosior, desertior, publicis negotis repulsior?

XLV. IN C. PISONEM.

Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios.

quibus unum hoc interim de clientibus cognatisque, quod prae manibus est, ponemus. M. Cato in oratione quam dixit apud censores in Lentulum ita scripsit: 'quod' e. q. s.

XLII. Adu. Tib. Sempronium Longum. *fortasse cum seq. or. coniungenda est.* Priscian. VI p. 724 P. (p. 279 Hertz) 'Supellex supellectilis, uetustissimi tamen etiam haec supellectilis nominatiuum proferebant. Cato aduersum Tiberium Sempronium Longum (tyberium *Bern.* sim[h]pronium *Reg.* longam[um] *Bern.*): si' e. q. s.

XLIII. C. Tiber. exulem. *cf. or. praecedentem.* Gellius II 14, 1 'In libro uetere M. Catonis qui inscribitur contra Tiberium exulem (exule *Rott. Reg. Vat.*) scriptum sic erat: quid' e. q. s.

XLIIII. Contra Cornelium. Festus p. 286 M. 'Repulsior secunda conlatione dixit Cato in ea quae est contra Cornelium apud populum: ecquis' e. q. s.

XLV. In C. Pisonem. Priscian. X p. 901 P. (p. 533 Hertz) 'Curro . . cucurri facit praeteritum, quod in compositione inuenitur apud quosdam auctorum geminationem primae syllabae seruans, apud alios autem minime, ut Virgilius . . Cato contra G. Pisonem (gaium *Bamb.* pissonem *Sangall. Carolir.*): uideo' e. q. s.

---

1 auccio *Reg. m. pr. 1*, actio *id. m. sec.*, *Halberst.* suppellectilis *libri.* solet] *aut infinitiuus uerbi alicuius excidit, qui ad nominatiuum 'supellectilis' referatur, aut, quod malim, scribendum est* siet *uel* esset. 3 obuoluta *Rott.* stitisse *Reg. Gellius adnotauit 'emendatores e scripto per libros* stetisses *fecerunt . . qui ignorant* '*stitisses*' *dictum a Catone, quoniam sisteretur uadimonium, non staretur'. cf. Nepos Attic. 9, 5.* 4 Ecquis *A. Augustinus*, haec quis *codex.* 6 "uideo" hac *Lugd corr. teste Hertzio.* (?) ho[a]c *Bern.* concucurrisse *Halberst. Bern. m. 1.*

XLVI. CONTRA ANNIVM.

Nemo antea fecit, super tali re cum hoc magistratu uti quaererem.

XLVII. CONTRA OPPIVM.

Vinum redemisti, praedia pro uini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti, uinum non dedisti.

XLVIII. ADVERSVS LEPIDVM.

Fronto epist. de fer. Als. 2 p. 149 ed. Rom. '. . Catonem quoque in oratione aduersus Lepidum uerbum cantari solitum commemorasse, cum ait statuas positas Ochae atque Dionysidoro effeminatis qui magiras facerent. . .'

XLVIIII. IN PANSAM.

Pueris in ludo † stellos pasceolos furare.

XLVI. Contra Annium. Festus p. 305 M. 'Sed per se super significat quidem supra ... uerum ponitur etiam pro de Graeca consuetudine ut illi dicunt *ὑπέρ*. Plautus . . . Cato contra Annium: nemo' e. q. s.

XLVII. Contra Oppium. Festus p. 258 M. 'Quadrantal uocabant antiqui quam ex Graeco amphoram dicunt, quod uas pedis quadrati octo et XL capit sextarios. Plautus . . et Cato contra Oppium: uinum' e. q. s.

XLVIIII. In Pansam. Nonius p. 151 'Pasceolus ex aluta sacculus. Plautus . . . Cato in Pansam (pensam, a supra e, *Guelf.*): pueris' e. q. s.

---

1 uti quaererem *coni. Mommsenius*, utique rem *codex*, utique *damnauit etiam Lachmannus in Lucret. p. 250.* 4 in publicum *Vrsinus*, in pulli *codex.* 8 Dionysodoro *Niebuhrius*, Dionysidoro *codex: u. Ritschelius ind. lect. hib. Bonn. 1843 p. V mus. rhen. XII p. 105 Corssenius de pronunt. et acc. Lat. ling. I p. 296.* facerent] *in uersuum qui sequuntur reliquiis* in . . . meant . . . uelint post redire *e. q. s. latere 'uerbum cantari solitum' me monuit Mommsenius.* 9 pueris *libri*, pueri *editio a. 1526*, *Mercerus.* ludos tellos *Harleianus*, *Voss. teste Hullemanno (om. locum Voss. 116 Periz. 15)*, ludo stellos *Guelf.*, sacellos *coni. Palmerius*, stilos *Rothius*, solent pasceolos furare *editio a. 1526*, pueros i. l. scio solitos *coni. H. Keilius.*

L. IN Q. SVLPICIVM.

Quotiens uidi trulleos, nassiternas pertusos; aqualis, matellas sine ansis.

LI. PRO L. TVRIO CONTRA CN. GELLIVM.

Atque ego a maioribus memoria sic accepi, siquis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, siue boni siue mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi, unde petitur, ei potius credendum esse. nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio, ni uir melior esset Gellius quam Turius, nemo opinor tam insanus esset, qui iudicaret meliorem esse Gellium quam Turium: si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi, unde petitur.

L. In Q. Sulpicium. Festus p. 169 M. 'Nassiterna est genus aquari ansati et patentis . . Plautus . . et Cato in ea oratione quam composuit in Q. Sulpicium: quotiens' e. q. s.

LI. Pro L. Turio c. Cn. Gellium. Gellius XIIII 2, 21 'Quod autem ad pecuniam pertinet, quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi utare M. Catonis prudentissimi uiri consilio, qui in oratione quam pro L. Turio (Turio *om. Reg. Lugd.* ta turio *Voss.*) contra Cn. Gellium (CN *Reg. Lugd. Magl.* GN *ceteri*) dixit, ita esse a maioribus traditum obseruatumque ait, ut, si quod inter duos actum est neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex his uir melior esset quaereretur et, si pares essent seu boni pariter seu mali, tum illi unde petitur crederetur ac secundum eum iudicaretur. — (*Fauorini uerba sunt.*) . . (26) uerba ex oratione M. Catonis cuius commeminit Fauorinus haec sunt: atque' e. q. s.

---

1 quotiens *codex*, quoties *Vrsinus.* trulleos *coni. Scaliger*, truilos *codex;* uidit ruidas *R. Klotzius in Iahnii annal. XL p. 392.* pertusos *coni. Ant. Augustinus*, perfusos *codex. post* pertusos *orationem incidi:* pertusos aqualis *uulgo. cf. Cato de re rust. 10, 2. 11, 2. Varro de l. l. V 119 p. 124 Speng.* 3 accipi *Reg.* 5 quod duo — interessent *om. Reg.*, inte eent illi *Lugd.* 6 poci' *Reg. Lugd.* responsionem fecisset *Magliab.* 7 tyrioniuir *Voss.*, tyrioni uir *Pet. Lugd. Sang.*, tyrone uir *Reg. sponsionis uerba litteris minoribus scr. in Voss.* quam Turius — est Gellius *om. Lugd.* tirius *Reg. Magl.*, tyrius *Voss. Sang.* 9 eē. Gellium? *Voss.* Tyrium *Reg. Voss. Magl. Sang.* est] 7 *Reg. Lugd.* Tyrio *Lugd. Voss. Magl. Sang.*

LII. PRO L. CAESETIO

AD POPVLVM.

1. Audite sultis milites, siquis uestrum bello superfuerit, siquis non inuenerit pecuniam, egebit.

2*. Quod ego me spero ostenturum.

LIII. PRO L. AVTRONIO.

Venefici postridie iussisti adesse in diem ex die; non ausi recusare.

LIIII. PRO SE CONTRA C. CASSIVM.

Atque euenit ita Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius miserear, Quirites.

LV. PRO C. . . .

. . . . nihilominus noluit semper . . . . [de stiricidio in] re praesenti cognosce[re atque statu]ere. . . . .

LII. Pro L. Caesetio. 1. Festus p. 301 M. 'Sultis, si noltis . . M. Cato pro L. Caesetio: audite' e. q. s. 2. Diomedes I p. 372 P. (p. 376 Keil) 'Ostendor ostentus . . P. Rutilius de uita sua . . † idem pro L. † Cesutio (*sic libri Paris.* idem . . . sutio *Monac.* item pro l. caerutio *cod. Scioppii susp. lect. IIII 2: u. proleg.*) Prisc. X p.892 P. (p. 520 Hertz) 'Ostendo quoque 'ostentum' et 'ostensum' facit . . Cato pro Lucio † Caesare ad populum: quod' e. q. s.

LIII. Pro L. Autronio. Prisc. VIIII p. 868 P. (p. 482 Hertz) 'Vetustissimi tamen et ausi pro ausus sum . . protulerunt. Cato censorius in oratione pro Lucio Autronio: beneficii' e. q. s.

LIIII. Pro se c. C. Cassium. Gellius X 14 'Audio contumeliam dictum iri uulgo quoque ita dici . . sed contumelia illi uel iniuria factum itur paulo est remotius. exemplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium (9tra concasium *Reg. Bern. Lugd.*): atque' e. q. s.

LV. Pro C. . . . Festus p. 344 M. (Paul. p. 345) ['Stiricidium qu]asi stillicidium cum stil[lae concretae frigore c]adunt. Cato pro C. || (Caesetio?) . . . e. q. s.

---

1 in bello *codex*, in *deleui.* 4 Venefici *coni. Mommsenius*, beneficii *libri.* post (*ost *Bern.*) tridie *Halberst. Sang. Bern.* casi *Reg. m. pr.*, ausi sunt *Bamb.* 5 recur^s^are *Reg. corr. m. alt. sententiam distinxit Mommsenius. post* adesse *uulgo incidunt*, *post* diem *Nic. Heinsius ad Tac. ann. VI 20.* 6 euenit ita] uenilita *Bern. Lugd.*, uenditā *Reg. in mg.* (~ *m. 2*). ut *Rottend.* 7 p huius petulantiā *Voss.*, petulantiū *Reg.* puplice *Bern.* 8 fidius *om. Reg. Bern.* me . . . . miserear *Lugd.* 9 . . ihil minus *codex*, *corr. Vrsinus. supplementa Vrsini satis probabilia sunt.*

LVI. DE INNOCENTIA SVA (?).

Cum essem in prouincia legatus, quamplures ad praetores et consules uinum honorarium dabant. numquam accepi, ne priuatus quidem.

LVII. DE RE FLORIA.

1. Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locauisset, etsi famosus et suspitiosus fuisset, uim in corpus liberum non aecum censuere adferri.

2. Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrectitauit e conuiuio, cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat.

3. *Curius Fortunatian. rhet. II p. 81 Caperonn.* 'Concisa (narratione) tunc tantum utemur . . . ut indignationem iudicum non semel, sed saepius in rebus singulis excitemus; sicuti fecit M. Cato de re Floriana'.

LVI. De innocentia sua? *u. proleg.* Isidor. orig. XX 3, 8 'Honorarium uinum quod regibus et potentibus honoris gratia defertur. Cato de innocentia sua: cum' e. q. s.

LVII. De re Floria. 1. Gellius IX 12, 7 'Ne quis autem de suspitioso . . . in eam partem quae minus usitata est (pro suspecto) exemplum requirat, de suspitioso apud M. Catonem de re Floria ita scriptum est: sed' e. q. s. Nonius p. 168 'Suspiciosum qui in suspicione sit. Cato de re Floriana: sed' e. q. s. 2. Gellius X 13, 2 'Cum partim hominum dici potest, id est cum quibusdam hominibus et quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione de re Floria (de oratione de floria *Voss.*) ita scribsit: ibi' e. q. s.

---

1 quamplures *libri* (?), complures *Arcualus edidit, quod uoc. ubique restituendum esse pro illo suasit F. Gronouius ad Gell. I 7, cf. interpretes Sall. Cat. 19, 2.* et ad *Guelferbyt. primus.* 2 accipere priuatus *Zittau.* ne priuatus *Paris.*, nec *ceteri* (?): *cf. Maduigius ad Cic. de fin. p. 816 sqq.*, priuatus '*sensu carere*' *uisum est H. Meyero.* 4 Sed qui *Nonii Voss.*, sed si qui *reliqui Nonii.* torpore *Nonii libri praeter Periz. 64, Harlei m. sec.* 5 leno nilo cauisset *Gellii Lugd.* famosus *libri Nonii*, famulosus *Gell.* 6 liberam *Nonii libri.* aecum *Bern. Lugd. Gellii*, ecum *Nonii Voss.*, *Harl. m. pr.*, equum *Harl. corr. Guelf.*, aequum *ceteri.* censueri *Harlei. Nonii.* aeferri *Nonii libri.* 7 surrectita uite conu. *Lugd.*, subrectita uite 9u. *Reg. Bern.* (uita *Bern.*), surrectauit *Petau.*, subrectitauit *Magliab.*, surrectitauit & comuinio *Voss.*, subreptitauit *editiones uet.*, *quod placuit Mommsenio.* 8 cū ptim *Bern.*, comparte *Voss.*

LVIII. DE RE A. ATILI. (?)

. . . . ſse timidus ne . . . . ibi caussam sonticam.

LVIIII. DE BONIS PVLCRAE (?).

Fronto ad M. Caesarem IIII 5 p. 75 ed. Rom. 'Legi Catonis orationem de bonis Pulcrae'.

LX. DE HABITO (?).

Sanguen demittatur.

LXI. DE FVNDO OLEARIO.

Pulchralibus atque cupidiis.

LXII. DE AGNA MVSTA PASCENDA.

1. Citer ager alligatus ad sacra erit.

LVIII. De re A. Atili. Festus p. 344 M. '[Sontica] causa dicitur a morbo || [sontico, propter quem quod est g]erendum agere || [desistimus. M. Porciu]s Cato de re A. Atili || (*suppleuit Vrsinus: . . s lato cod. de regis Attali uectigalibus Scaliger. sed dubitari potest, num Catonis sint uerba; certe* Porcius *nomen a Festo alienum est.*)

LX. De Habito. Charis. I p. 70 P. (p. 90 Keil) 'Sanguis masculino genere, et facit hunc sanguinem. sed Cato de Habito (*sic exc. Cauch. add. p. 608*, de habitu *cod. Neap.: u. proleg.*) ait sanguen' e. q. s.

LXI. De fundo oleario. Festus p. 242 M. 'Pulchralibus a. c. idem (Cato) in ea quae est de fundo oleario'. Paul. p. 243 'Pulchralibus pro pulchris'.

LXII. De agna musta pascenda: Priscian. VI p. 711 P. (p. 257 Hertz) 'Cato Censorius de agna musta pascenda: musta agna pro noua dixit'. cf. Nonius p. 136 u. mustum. 1. Priscian. III p. 599 P. (p. 85 Hertz) 'Citra, citerior. uetustissimi tamen citer protulisse inueniuntur. Cato de agna pascenda: citer' e. q. s. idem XIIII p. 989 P. (p. 40 Hertz) 'A citra (deriuatur) citer . . teste Capro. Cato de agna pascenda: citer' e. q. s. Thesaur. nou. latin. ed. Maii cl. a. VIII p. 116 'Dicimus etiam citer citra citrum . . pro hoc nomine quod est citra, ut Cato: citer, inquit' e. q. s.

---

1 quid dicam causae extiti]sse, timidus ne [sis. an impedimento t]ibi e. s. [fuisse] *supplementa sunt Vrsini.* 4 Pulchrae *codex m. pr.*, Dulciae *m. sec. u. proleg.* 5 sanguē *cod. Neap.*, sanguen *ed. princ.* 6 cupidiis *coni. Vrsinus, tuetur Müllerus suppl. ann. p. 395;* cupidus *codex*, cupediis *Dacerius: cf. Lachmannus in Lucr. p. 278.* 7 ager] agnus *thes. lat.* allegatus *Halberst. et Heidelb. bis, Reg. l. III. in Heidelb. l. III glossema* deputatus, *l. XIIII* deputatus lege firmatus *adscriptum est.*

2. * . . . . [pasc]alis ouis uetuit

3. * . . . . quis homo . . . . pulchrius purgat [aut magnificius].

LXIII. DE REGE ATTALO ET VECTIGALIBVS ASIAE
DISSVASIO.

C. Licinio praetore remiges scribti ciues Romani sub portisculum, sub flagrum conscribti ueniere passim.

LXIIII. VT PLVRA AERA EQVESTRIA FIERENT
SVASIO IN SENATV.

1. Nunc ergo arbitror oportere restitui, quin minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium.

2. De aeribus equestribus, de duobus milibus ac ducentis. . .

2. Festus p. 242 ['Pascuales oues pascales ins]cienter Cato dixit in ea || [quam scripsit de musta agna: *coni Meyerus*] Paul. p. 243 'Pascales oues Cato posuit pro pascuales'. 3. Festus p. 154 'Magni[ficius pro magnificentius usurp]auit Cato in ea quam [scripsit de pascenda musta a]gna: quis' e. q. s. *(supplementa sunt Vrsini*, crimina ma]gna *Dacerius, qua coniectura indici orationis spatium nimis angustum relinquitur.)*

LXIII. De rege Attalo et uectig. Asiae. Festus p. 234 M. 'Portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi. id autem est malleus. cuius meminit Cato in dissuasione de rege Attalo et uectigalibus Asiae: C. Licinio' e. q. s.

LXIIII. Vt plura aera eq. fierent. 1. 2. Priscian. VII p. 750 P. (p. 318 Hertz) 'Aes aeris, cuius plurales obliqui in raro sunt usu, aera, aerum, aeribus. Cato in oratione, qua in senatu suasit ut plura aera equestria fierent (*equestria (s?) *Carol. Lugd.*): nunc — equestrium. in eodem: de' e. q. s. 2. Charis. I p. 97 P. (p. 121 Keil) 'Aeribus Lucretius . . Cato ut plura aera equestria fiant (fiat *cod. N.* fiant *ed. pr.*): aeribus' e. q. s. Paulus Festi p. 27 M. 'Aeribus pluraliter ab aere id est aeramento Cato dixit'.

---

1 [ali pasc]alis o. u. *coni. Muellerus.* 4 magnificius *uoc., quod cum reliquis deletum est, quo loco inserendum sit, dici non potest.* 5 praetore] Pr. *codex.* Romanis *codex, corr. Vrsinus.* 7 ergo *om. Sang. Lugd. Carol.; fortasse* ego. oporter* *Bamb. m. pr.* institui *coni. Lipsius de mil. R. I 5 p. 33.* quin *scripsit Hertzius,* qui *Halberst.*, quo *ceteri*, ne quo minus *Lipsius.* 8 milibus actum ducenti[s] *Bern. m. sec. corr.* aequestrium *Reg. Bern. Halb. Sang.*

9 de *priore l. om. Charis.*, equestrioribus *Reg.* ac ducentis *coni. Lindemann.*, acc: · *cod. Char.*, actum (auctum *Reg.*) *Priscian.*

3. *Accessit ager quem priuatim habent Gallicus, Samnitis, Apulus, Bruttius.

LXV. DE AEDILIBVS VITIO CREATIS.

1. Nunc ita aiunt in segetibus, in herbis bona frumenta esse. nolite ibi nimiam spem habere. saepe audiui inter os atque offam multa interuenire posse; uerumuero inter offam atque herbam ibi uero longum interuallum est.

2. *Neminisque . .

LXVI. AEDILES PLEBIS SACROSANCTOS ESSE.

Festus p. 318 M. 'Sacrosanctum dicitur quod iureiurando interposito est institutum, siquis id uiolasset, ut morte poenas penderet, cuius generis sunt tribuni plebis aedilesque eiusdem ordinis. quod adfirmat M. Cato in ea quam scripsit aedilis plebis sacrosanctos esse'.

LXVII. DE AVGVRIBVS.

Festus p. 241 M. 'Probrum uirginis Vestalis ut capite puniretur, uir qui eam incestauisset uerberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis cum multis alis legibus incendio consumpta

3. Priscian. VII p. 762 P. (p. 337 Hertz) 'Idem (Cato) in oratione qua suasit in senatu Samnitis dixit pro Samnis: accessit' é. q. s.

LXV. De aedilibus uitio creatis. 1. Gellius XIII 18 (17), 1 'Oratio est M. Catonis Censorii de aedilibus uitio creatis. ex ea oratione uerba haec sunt: nunc — est. . . Apollinaris . . uetus esse prouerbium inter os et offam [scripsit] idem significans quod graecus ille παροιμιώδης uersus: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου'. *Vincentius Bellou. spec. doctr. VI 128 eam sententiam M. Varroni tribuit.* 2. Festus p. 162 M. 'Neminis || — — et quis diceret cum sit [Cato de aedilibus] uitio creatis: neminisque . . . Ennius' e. q. s. — (de aedilibus *suppl. Meyerus*) Paulus p. 163 'Neminis genitiuo casu Cato usus est cum dixit: sunt multi corde quos non miseret neminis'. *(uersus est Ennii a Festo adlatus.)*

---

1 accesit *Lugd.* agger *Bamb. Halb.* gallieus *Sang. Lugd. Carolir.* 2 apuleus *Bern.* hrutius *Reg.*, bratius *Sang.*, bratuus *Lugd.*, bruptius *Bamb.* 3 agunt *Reg. Voss. Tuan.* 4 ôs *Reginens.*, ≡ os *Reg.* fumenta *Lugd.* 7 Neminis genitiuo casu usus est Cato, cum diceret: e. q. d. c. s. neminis. idem de magistratibus uitio creatis: neminisque . . *coni. Scaliger, sed bis citari Catonem nullo indicio constat.*

est, ut ait M. Cato in ea oratione quae de auguribus inscribitur. adicit quoque virgines Vestales sacerdotio exaugurat[as]. . .'

LXVIII. DE DOTE.

1. Vir cum diuortium fecit, mulieri iudex pro censore est, imperium quod uidetur habet; siquid peruerse taetreque factum est a muliere, multatur; si uinum bibit, si cum alieno uiro probri quid fecit, condemnatur.

2. In adulterio uxorem tuam si prehendisses, sine iudicio inpune necares. illa te, si adulterares siue tu adulterarere, digito non auderet contingere, neque ius est.

LXVIIII. NE IMPERIVM SIT VETERI VBI NOVVS VENERIT.

Siticines et liticines et tubicines.

LXVIII. De dote. 1. 2. Gellius X 23 'Sed M. Cato non solum existimatas sed et multatas quoque a iudice mulieres refert non minus, si uinum in se quam si probrum et adulterium admisissent. uerba Marci Catonis adscripsi ex oratione quae inscribitur de dote, in qua id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare: uir, inquit' e. q. s. 'de iure autem occidendi ita scriptum est: in' e. q. s.

LXVIIII. Ne imperium sit ueteri. Gellius XX 2 'Siticines scriptum est in oratione M. Catonis quae scribitur ne imperium sid ueteri ubi nouus ueuerit. siticines inquit' e. q. s. Nonius p. 54 'Siticines . . qui apud funeratos uel uita functos . . hoc est iam sitos canere soliti erant . . et Cato id uocabulum indubitanter apposuit'.

---

2 exauguratas] *reliqua uersus pars, cuius initium est* rat[as], *deleta est. uersuum qui secuntur duorum reliquiae sunt* cra . . . || ex . . . 3 nisi quum diuortium fecit *coni. Lipsius uar. lect. I 13.*, diuorciñ *Lugd. Sang.*, diuortiam *Pet.* fecit mulieri · iudex *Reginens. Petau. Magl.*, facit *Scioppius.* p censor ee *Voss.* 4 imperium — factum est *Reg. om.* peruersa *Bern.* tetreque *Pet.*, ita et req. *Lugd.*, ita etreque *Bern.*, uel inique *addit Sang.* 5 mulcititur *Reg.*, multiatur *Bern. Lugd.*, multatur *reliqui*, multitatur *scripsit Hertzius.* uino *Voss. pr. m.* 6 condempuatur *Petau. Reg. Bern.*, condepnaī *Lugd.* 7 phendisses *Voss. Reg.* (phendisset *Reg. m. pr.*), prehendisses *Lugd.*, praeh — *Magl.*, deprehendisses *Sang. Thys.*, repreh — *Bern.* 8 si adultares *Reg.* sibe *Reg. Bern.* adulteriare *Reg. Pet.*, adultiare *Bern. Lugd. Magl.*, adulterare uelles *Voss.* (uelles *m. alt*)., adulteria*re, i *inducta*, *Reginens.*: adulterarere *corr. Salmasius.* 10 siticines *e. q. s.*: *cf. Beckeri Gall. III p. 279.*

LXX. DE PRAEDA MILITIBVS DIVIDENDA.

1. Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura.

2. Tu diues fito.

3. Fraudulenter atque auariter.

LXXI. VTI PRAEDA IN PVBLICVM REFERATVR.

Miror audere atque religionem non tenere, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere.

LXXII. DE SIGNIS ET TABVLIS.

Honorem emptitauere, malefacta benefactis non redemptitauere.

LXX. De praeda mil. diu. 1. Gellius XI 18 'Sed enim M. Cato in oratione quam de praeda militibus diuidenda scripsit uementibus et inlustribus uerbis de inpunitate peculatus atque licentia conqueritur. ea uerba . . adscribsimus: fures inquit' e. q. s. 2. Nonius p. 475 'Fite imperatiuo modo Cato de praeda militum diuidenda: tu' e. q. s. (*fortasse* fi et fite *uel* fito et fite; *sequitur uersus Crassi (?) in quo 'fite', alter Liuii in quo 'fitum' est. in cod. Periz. 15 lemma sic scriptum* 'fio, fitus sum antiquitus. fite' *e. q. s.*) 3. Nonius p. 510 'Auariter pro auare. Plautus . . Cato de praeda (p̃///da *Guelf.*) militum diuidenda: fraudulenter' e. q. s.

LXXI. Vti praeda in publ. ref. Prisc. VII p. 782 P. (p. 368 Hertz) 'Ab hac re harum rerum, a die dierum, qui tamen (genet. cas. quintae decl.) in aliis fere omnibus usu apud plerosque deficit . . (specierum:) inueniuntur tamen uetustissimi secundum analogiam hoc usi casu: Cato Censorius in oratione quam scripsit uti praeda (praedam *Lugd. Carolir.*) in (*om. Lugd. Car. Sang.*) publicum (puplicum *Car. Sang.*) referatur: miror e. q. s.

LXXII. De signis et tabulis. Festus p. 286 M. 1 'Redemptitauere item ut clamitauere Cato idem in ea qua egit de signis et tabulis: honorem e. ait' e. q. s.

---

1 futurorum *Lugd.* atque compedibus *Petau.* 2 agunt *Voss.* (— ī *m. sec. corr.*) publicē *Voss.* atque purpura *Petau.* purpurā *Lugd.* 3 fito *coni. Laurenberg.*, fite *libri: sed potest* fi *positum esse; u. quae supra adnotaui.* 5 adque *Reg. m. pr.* religione *Reg.*; relegionem *Sang. Carol.;* religione non tenerei *coni. Hertzius.* 6 harum *duo Paris. cod. teste Dübnero fragm. or. R. p. 142 ed. Paris.*, dearum *Wallrafianus*, eorum *coni. Weberus Cat. mai. p. 32*, sacrarum *Dübnerus.* exempla dearum, earum facierum signa *susp. Hertzius.* supellectili*(e) *Reg.*, suppellectile *Halberst. Sang. Carol.* 7 emptitauere *coni. Vrsinus*, temptauere *codex.* malefacta *Vrsinus*, l. efacta *codex.*

LXXIII. NE SPOLIA FIGERENTVR NISI DE HOSTE CAPTA.

Sed tum, ubi ii dimissi sunt, reuertantur resignatis uectigalibus.

LXXIIII. IN LEGEM [M.] POPILI (?) SVASIO.

Quod compluriens usu uenit omni tempore † anteuentum esse e re publica credimus.

LXXV. LEGIS MAEVIAE (?) SVASIO.

Rex Seleucus arma nostratia facit.

LXXVI. DE INDIGITIBVS. (?)

Sinunt . . . .
ut bona rapiant aut . . . .
sequestro dent.

LXXIII. Ne spolia figerentur e. q. s. Seruius ad Verg. Aen. IIII 244 Lumina morte resignat] 'Alii tradunt resignare uetuste ita dictum, ut nos adsignare dicimus pro damno. ut est apud Catonem in L. Furium . . . et idem in oratione ne spolia figerentur nisi de hoste capta: sed' e. q. s. Festus p. 281 M. 'Resignare antiqui pro rescribere ponebant ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere. Cato de spoliis, ne figerentur nisi quae de || ho . . (*reliqua deleta sunt.*)

LXXIIII. In legem Popili. Nonius p. 87 'Compluriens frequenter. Cato suasione (suasionem *libri*) in legem populi (pupoli *Guelferb.*, M. Popili *coni. Mommsenius*, Petillii *Bolhuisius*): quod' e. q. s.

LXXV. Legis Maeniae suasio. Priscian. XII p. 943 P. (p. 587 Hertz) 'Neutrum quoque eorum (uerb. in as) in e finitur, nostrate, uestrate . . M. Cato in legis Maeuiae (Meuiae *Bern. m. sec.* meae uiae *Sang. Lugd. Carolir.* Maeniae *coni. A. Popma*) suasione: rex' e. q. s.

LXXVI. De indigitibus. Festus p. 339 M. '[Sequester] is dicitur qui inter aliquos — — inter eos conuenerit — — quid ut ei reddat qui id — — stiterit. Cato in ea ora[tione quam habuit] de indigitibus: sinunt' e. q. s. (*Vrsini suppl. incerta non inserui. de 'sequestro' sermonem esse coni. Gell. XX 14 uidit Ant. Augustinus.*)

---

1 *In Festi codice praeter litteras* reu . . . *initio uersus positas omnia deleta sunt.* reuertantur *Seruii libri*, *an* reuertentur? 4 esse rem publicam reddimus (reddidimus *Harl. m. pr.*) *libri*, *em. H. Keilius.* 6 *supplementa Vrsini incerta sunt.* 8 seques prodent *codex*, *correxit Vrsinus.*

LXXVII. IN † SERCIA.

Accipite, si uultis, hoc onus in uestros collos.

LXXVIII. DE ABROGANDIS LEGIBVS. (?)

Bouile.

LXXVIIII. CONTIO.

Apirensium bellum fecimus . . . . tris missi ad[uersus . . . . quos . . . . censorem habuistis neque] . . . . upli pectore adsecutus.

LXXX. DISSVASIO LEGIS . . .

. . . . Et praeterea rogas . . . . ea si populus condempnaue[rit uti] siremps [lex s]iet quasi aduersus le[gem]. .

INCERTARVM ORATIONVM RELIQVIAE.

1. Cedo, si uos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?

LXXVII. In † Sercia. Nonius p. 200 'Collus masculino . . Cato in Sercia (in Ser. Galbam *coni. Wassius*): accipite' e. q. s.

LXXVIII. De abrog. legibus. Charis. I p. 81 P. (p. 104 Keil) 'Bouile uetat dici Varro ad Cic. VIII et ipse semper bubile dixit. sed Cato de abrogandis legibus bouile dixit'.

LXXVIIII. Contio. Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 670 (p. 89 Keil) Nunquam omnes hodie] 'Sic in bucolicis: numquam hodie effugies. Plautus . . . Titinius . . . Cato in contione: Apirensium' (in contione Apirensium *H. Keilius*) e. q. s.

LXXX. Dissuasio legis . . . Festus p. 344 M.: [Siremps] ponitur pro eadem uel proinde [quasi similis res ipsa] Cato in dissuadendo le[*gem quae postea re*]licta est: et e. q. s. (*suppleui ex Paulo* p. 345, *Vrsini suppl., quae mihi non probantur, inclinatis litteris scripsi.*)

Inc. orat. 1. 2. Quintilian. inst. or. IX 2, 21 'Communicatio (est), cum aut ipsos aduersarios consulimus .. aut cum iudicibus quasi deliberamus .. ut Cato: cedo

---

1 uultus *Vossian.* collus *Vossian.* 2 bouile *ed. pr.*, buuile *cod. Neap.* 3 Apirensium] Epirensium *coni. Maius: sed* Ἀπειρωταν *est in nummis apud Eckhelium d. n. II p. 160 s. quae uncis inclusi A. Maii fide nituntur nec lecta sunt ab H. Keilio.* 6 *Scaliger castig. p. CLXXIX ita scripsit* . . . rogas aduorsus ea si populus condemnauerit, utei siremps lex siet quasi aduorsus leges fecisset; *Huschkius mus. rhen. nou. VIII p. 462* rogas ut noxii in multa ea *e. q. s. cf. Ritschel. ib. p. 299.* 9 cedo *om. Rufinian.* faceretis *Rufinian.*

2. Communem rem agi putatote et nos huic rei praepositos esse.

3. *Plinius nat. hist. VIII 51, 210* 'Iam Catonis censoris orationes aprunum exprobrant callum'.

4. *Cicero de off. III 29, 104* 'Fidem . . in Capitolio uicinam Iouis optimi maximi, ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse uoluerunt'.

5. *Quintil. inst. or. III 6, 97* 'Νόθον qui non sit legitimus, Graeci uocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur peregrino'.

6. *Quintil. inst. or. V 11, 39* 'Si causam ueneficii dicat adultera, non M. Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram non eandem esse ueneficam dixit'.

7. Inpudentiam praemiosam.

8. Munificior.

9. Pelliculatio.

10. **Gellius XIII 24 (23)* 'M. Cato consularis et censorius, publicis iam priuatisque opulentis rebus uillas suas inexcultas et rudes ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagensimum. atque ibi postea his uerbis utitur':

Neque, inquit, mihi aedificatio neque uasum neque uestimentum ullum est manupretiosum, neque pretiosus seruus, ne-

— f e c i s s e t i s. et alibi: c o m m u n e m — e s s e'. Iulius Rufinian. de figur. 11 p. 204 Ruhnk. 'Anacoenosis communicatio est, cum . . . aut cum iudicibus deliberamus . . Cato: s i — f e c i s s e t i s. et alibi: c o m m u n e m' e. q. s. 4. Caecilius Balbus de nugis phil. p. 13 Wölffl. 'Cato senex ait maximum maioribus nostris telum fuisse fidem, ex qua plures pace susceptae quam bello gentes fuerunt'. *cf. mus. rhen. XIIII p. 280.* 6. Auct. ad Herenn. IIII 16, 23 'Maiores nostri . . quam inpudicam iudicarant eam ueneficii quoque damnatam existimabant'.
7. Festus p. 242 M. (Paul. p. 243) ['Praemiosam pro pecuniosa *Cato*] in oratione quam scri[bsit] — — i. p.' *Catonis nomen ut inter glossas Catonianas necessario restituendum est.* 8. Paulus Festi p. 155 M. 'Munificior identidem Cato dixit'. Festus p. 154 '† Magnificior quoque — a munifice — [Cato] in ea quam scripsit † id (in *uel* ut?) — munificior —'. 9. Festus p. 242 M. (Paul. p. 243) 'Pelliculatio[nem Cato a pellicien]do . . dixit *in ea oration*]e quam scribsit de —'.

1 agi *et* rei *om. Rufinian.* 22 aedificatione que *Reg. Voss.* (quae *Voss.*) 23 p̄ciosum p̄ciosus (*om.* neque) *Lugd. Reg.*

que ancilla. siquid est, inquit, quod utar, utor; si non est, egeo. suum cuique per me uti atque frui licet.

'Tum deinde addit':

Vitio uertunt quia multa egeo; at ego illis quia nequeunt egere.

11* Tu, inquam, si uerum supprimis, falsarius agnosceris; si falsa confingis, mendax esse uideris.

12. *Te, C. Caecili, diem prodidisse militibus legionis III, cum proditionem non haberent.

13. *Vecticulariam uitam uiuere, repente largiter habere, repente nihil.

14. *Vita deum immortalium!

15. *Taetre aetatem exigit.

16. *Culignam in feno Graeco ponit, ut bene oleat.

17. *Coepiam seditiosa uerba loqui.

11. Isidorus de differ. uerb. 220 uol. V p. 29 Arcual. 'Falsitas et mendacium differunt ... unde et Cato: tu' e. q. s. 12. Festus p. 242 M. 'Prodidisse . . tempus longius fecisse, ut Cato: te' e. q. s. 13. Paulus Festi p. 378 M. 'Vecticularia uita dicitur eorum, qui uectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato: uecticulariam' e. q. s. 14. Charisius II p. 213 P. (p. 240 Keil) 'uita d. i. Cato senex, ubi Statilius Maximus, ἐκφώνησις inquit ἀρχαϊκή, ὡς ὢ πόποι'. Gloss. Labb. p. 195 'Vita d. i. ὢ πόποι. ἐκφώνησις ἀρχαϊκή, ὡς Κάτων.' 15. Charisius II p. 169 P. (p. 221 Keil) 'Taetre Cato senex: taetre' e. q. s. 16. Paulus Festi p. 51 M. 'Culigna uas potorium. Cato culignam inquit' e. q. s. Thes. nou. lat. ed. Mai. cl. a. VIII p. 133 'Cato: culignam' e. q. s. 17. Paulus Festi p. 59 M. 'Coepiam futurum tempus quod est coepi. Cato: coepiam' e. q. s. Thesaur. nou. lat. ed. Mai. cl. a. VIII p. 125 'Coepio, is . . i. incipere, unde Cato: coepiam' e. q. s.

---

1 ancilla quid (*om.* si) *Voss.* siquide *Sang. Petau.* quod utar^s *Voss.* egeo. suum *coni. Stephanus*, ego sum (sū *Regin. Sang.*) *libri.* 5 agere *Lugd.* 6 tu tu *Barthius adu. XXXIX 14*, tu *cod. Basil. teste Orellio apud Meyerum p. 150, editiones.* supprimis *Paris. teste Duebnero, editiones* comprimis *Barthius.* 7 indicaberis *uar. lectio ed. Paris.* 8 C. Caecilii *codex teste Keilio m. rhen. VI p. 622;* M. Coeli *coniecit Meyerus.* prodisse *codex, correxit Vrsinus.* 9 haberes *Scaliger coni.* 14 ponit *libri*, ponito *Lindemannus cum uulg. cf. Klotzius Iahnii ann. suppl. X p. 31.* 15 semesa *thes. lat., idque 'in ueteri quodam schedio' se reperisse testatur Scaliger castig. p. XLV.*

18. *Contumelias mihi dixisti compluriens.

19. *Iure, lege, libertate, re publica communiter uti oportet; gloria atque honore, quomodo sibi quisque struxit.

18. Paulus Festi p. 59 M. 'Compluriens a compluribus significat saepe. Cato: contumelias' e. q. s. 19. Festus p. 313 M. 'Struere antiqui dicebant pro adicere, augere. unde industrios quoque. M. Cato: iure' e. q. s.

2 rep. *codex*.

LIBRORVM AD FILIVM

ET

CETERORVM RELIQVIAE.

LIBRI AD MARCVM FILIVM.

[DE MEDICINA ?]

1. Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere. uincam nequissimum et indocile esse genus illorum. et hoc puta uatem dixisse, quandoque ista gens suas litteras dabit, omnia conrumpet, tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. iurarunt inter se barbaros necare omnis medicina, sed hoc ipsum mercede facient, ut fides iis sit et facile disperdant. nos quoque dictitant barbaros et spurcius nos quam alios Opicon appellatione foedant. interdixi tibi de medicis.

Libri ad M. filium. 1. Plin. Nat. hist. XXIX 7, 14 sq 'Cassius Hemina . . auctor est, primum e medicis uenisse Romam Archagathum . . mox . . transisse . . in taedium artem omnesque medicos, quod clarissime intelligi potest ex M. Catone, cuius auctoritati triumphus atque censura minimum conferunt, tanto plus in ipso est. quamobrem uerba eius ipsa ponemus dicam' c. q. s. idem 27 'ita est profecto, lues morum nec aliunde maior quam ex medicina, uatem prorsus cotidie facit Catonem et oraculum, satis esse ingenia Graecorum inspicere n. p.' 1—3. Plutarchus Cat. 23 'Τὸν δὲ παῖδα διαβάλλων πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ φωνῇ κέχρηται θρασυτέρᾳ τοῦ γήρως οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, ὡς ἀπολοῦσι Ῥωμαῖοι τὰ πράγματα γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἀναπλησθέντες. . . καὶ τὸν Ἱπποκράτους, ὡς ἔοικεν, ἀκηκοὼς λόγον, ὃν εἶπε τοῦ μεγάλου βασιλέως καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς τισι ταλάντοις, οὐκ ἄν ποτε

---

1 filio *Riccard. m. 1.* 2 quod] *u. Maduigius opusc. II p. 238; fortasse* quor. eorum *edit. Dalecamp.* 3 *post* uincam *distinxit Harduinus: sed cf. Cic. act. sec. in Verr. III 16, 40.* indocile esse *scripsi*, indocibile *Toletanus*, indocile *ceteri*, *num* inoetile? 4 quandoque *Riccard. Chifflet. Paris.* (*d.*), quandocumque *Vossian.* 5 corrumpit *Voss. Riccard. Paris.* 7 sed] et *Vossian.*, *recepit Sillig.* mercedes *Chifflet.* facient *Toletan. Chiffl. Paris.*, faciunt *Riccard. Voss.* fid&is *Riccard.*, his *corr. m. 2*, *Voss.*, iis *Paris.* 8 dictitant *Ricc. m. 2*, dictitabant *m. 1*, *Tolet. Voss. Paris.* spurcius *Barbari codices*, super eius *ceteri* (?). 9 Opicon *coni. O. Iahnius act. soc. Sax. II p. 266*, opicos (hoppocos *Voss. Par.*, hoppificos *ex* hoppicos *corr. Ricc.*) *libri*, foedantque *Voss.* interdixi — medicis *om. Tolet. Ricc. m. 1*, interdicit ibi '*uetus*' *Dalec.*

2. *Plinius nat. hist. XXIX 8, 15* 'Subicit qua medicina se et coniugem usque ad longam senectam perduxerit, profiteturque esse etiam commentarium sibi quo medeatur filio seruis familiaribus. quem nos per genera usus sui digerimus'.

3. Lepus multum somni adfert qui illum edit.

4. Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis, ex aluo lauando.

5. *Plinius nat. hist VII 51, 171* 'Cum innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisque nulla sunt, quippe cum censorius Cato ad filium de ualidis quoque obseruationem ut ex oraculo aliquo prodiderit senilem iuuentam praematurae mortis esse signum'.

[DE AGRI CVLTVRA ?]

6. †Vir bonus, Marce fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.

βαρβάροις Ἑλλήνων πολεμίοις ἑαυτὸν παρασχεῖν, ἔλεγε κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων, καὶ παρεκελεύετο φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας. αὐτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι καὶ πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾶν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι, νῆστιν μὲν οὐδέποτε διατηρῶν οὐδένα, τρέφων δὲ λαχάνοις ἢ σαρκιδίοις νήσσης ἢ φάσσης ἢ λαγώ. καὶ γὰρ τοῦτο κοῦφον εἶναι καὶ πρόσφορον ἀσθενοῦσι, πλὴν ὅτι πολλὰ συμβαίνει τοῖς φαγοῦσιν ἐνυπνιάζεσθαι. τοιαύτῃ δὲ θεραπείᾳ καὶ διαίτῃ χρώμενος ὑγιαίνειν μὲν αὐτός, ὑγιαίνοντας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διαφυλάττειν'. 3. Diomed. I p. 358 P. (p. 362 Keil) 'Adnotabimus tamen ueteres etiam sic declinasse, edo edis edit: Cato ad filium uel de oratore (de aratore *coni. Lersch. ephem. antiq. a. 1844 p. 445 cf. Iahnius l. l. p. 267*) lepus' e. q. s. Plinius nat. hist. XXVIII 19, 260 'Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitrabatur'. 4. Prisc. VI p. 718 P. (p. 268 Hertz) 'Aluus . . ueteres frequenter masculino genere protulerunt . . Cato ad filium: ex dolore' e. q. s. id. VII p. 761 P. (p. 337 Hertz) 'Quae et in im et in em (accus. mittunt), haec tam in i quam in e (ablatiuum) . . . Cato in epistula (*u. Iahn l. l. p. 267*) ad filium: ex — bibendis'. 6. Seruius ad Verg. Ge. I 46 Attritus splendescere uomer] . . 'Quod euenire frequenti aratione nouimus, ut et splendidior fiat et teratur. Cato in oratione (de aratione *Iahn. l. l. p. 265*) ad filium: uir' e. q. s.

---

5 multi (ū) *Monac.* 6 frebri *Reg. l. VI.* et siti *Carolir. l. VII.* mendicamentis *Bern. l. VI.* bibentis (d) *Reg. l. VII.* 7 cataplasmatas (i) *Halberst.*, caplasmatis (ta) *Lugd.* al*uo *Lugd.* leuando *Reg.*, labando *Bamb.* 13 '*colonum*' (*uel* '*agricolam*') *definiri idque uocabulum excidisse suspicatur Iahn. l. l.* M. fili *Seruii Vossianus, in quo uno haec uerba inuenit G. Thilo*, splendent uomendo terram *Guelferb. teste Lione.*

7. Illi inperator tu, ille ceteris mediastrinus.

8. *Seruius ad Verg. Ge. II 95* '(Raeticam) uuam Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium'.

9. *Seruius ad Verg. Ge. II 412* Laudato ingentia rura exiguum colito] 'Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agri cultura'.

10. *Emas non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est asse carum est.

11. **Plutarch. uit. Cat. 4* '(Ὤιετο δεῖν) κτᾶσθαι τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα μᾶλλον ἢ τὰ ῥαινόμενα καὶ σαιρόμενα'.

12. *Plutarch. uit. Cat. 21* 'Προτρέπων δὲ τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτά φησιν οὐκ ἀνδρὸς ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων'.

13. *Quod tibi deerit a te ipso mutuare.

7. Nonius p. 143 'Mediastrinos non balnearum sed ministros et curatores aedium legimus. Lucilius . . Cato in praeceptis ad filium: ille' e. q. s. 10 Seneca epist. 94, 27 'Praeterea ipsa quae praecipiuntur per se multum habent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, sicut illa Catoniana: emas' e. q. s. Plutarch. Cat. 4 '*Ὅλως δὲ μηδὲν εὔωνον εἶναι τῶν περιττῶν, ἀλλ' οὗ τις οὐ δεῖται, κἂν ἀσσαρίου πιπράσκηται πολλοῦ νομίζειν*'. 'Sententiae Catonis' e cod. Paris. a Wolfflino editae (Philol. IX p. 682 s.) 'Quod non opus est ad se caerum est *(sic)*'. 13. Seneca de benef. V 7, 6 'Marcus Cato ait: quod' e. q. s. id. epistul. 119 'Paratum tibi creditorem dabo Catonianum illud: a te mutuum sumes'.

---

1 illi *libri*, ille *Forcellinus*, *fort.* uilico. imperator *Vossianus.* ille in ceteris *Perizon. 64*, illi ac *Forcellinus. post* ille *excidisse puto* seruis *uel* bubulcis. mediastrinus *Periz. 16* (?), *ed. a. 1526*, mediastrinis *Periz. 64*, mediastrinum *celeri. Boeckhius nunt. menstr. acad. Berol. a. 1854 p. 273 de Ioue sermonem esse ratus uersum trochaicum sic constituit* ille inperátor | tu illi disque céteris | médiastinus. *Ritschelius spicil. poës. Sat. p. 10* '*nimiam in seruos indulgentiam*' *dissuaderi hoc Saturnio putauit* ille ínperator tu illi — cérte eris médiastrinus. 7 *sententiam qui mancam esse rati sunt Boeckhius l. s. s. p. 282 Fleckeisenius poës. Cat. rel. p. 17 Ritschelius l. s. s. p. 11 Catonis mentem non adsecuti uidentur, qui non solum id quod non necesse sit asse carum esse dixit, uerum etiam id quod non opus sit. nihil excidisse docet Plutarchus. Boeckhius uersum ita refinxit* | emas | nón quod ópust sed quód necessest [quód necessest máxumo émptum prétio béne tibi émptumst, quód opus ni mimumó male] | quód non opus est ásse carum est. *Ritschelius hoc modo* emás nón quodópus est — séd quod ést necésse | [hoc sémper uilest] quód non — ópusest asse cárumst. *sed cf. mus. rhen. XIIII p. 263 s.*

[DE RHETORICA ?]

14. Orator est, Marce fili, uir bonus, dicendi peritus.

15. Rem tene, uerba sequentur.

16. *Marius Victorin. in rhet. Cic. II p. 178 Or.* 'Propositio facti cum persona eius qui arguitur uel quolibet alio modo inuidiam comparans aut exteńuans summa dicetur. et haec est quam Cato in libro suo appellat uires causae'.

DE RE MILITARI
LIBER.

1. Scio ego quae scripta sunt si palam proferantur, multos fore qui uitilitigent, sed ii potissimum qui uerae laudis expertes sunt. eorum ego orationes siui praeterfluere.

2. Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus ueneat.

14. Seneca contron. I praef. 9 p. 49 Burs. 'Erratis optimi iuuenes nisi illam uocem non M. Catonis sed oraculi creditis . . ille ergo uir quid ait? orator' e. q. s. Quintil. inst. or. XII 1, 1 'Sit ergo nobis orator quem constituimus is qui a M. Catone finitur: uir' e. q. s. Fortunatian. art. rh. I p. 53 Caper. 'Quid est o.? uir' e. q. s. Isidorus Orig. II 3, 1 'Orator est igitur uir' e. q. s. id. art rhet. p. 387 Caperonn. 'Orator' e. q. s. Seruius ad Verg. Aen. I 151 'orator enim ita definitur, uir e. q. s. Schol. Leid. ad Cic. de inuent. apud Suringarum hist. schol. Lat. I p. 223 'orator uero est uir' e. q. s. 15. Iulius Victor art. rhet. p. 197 Or. 'Scire autem est rem de qua dicturus sis uniuersam ante peruoscere, in hanc rem constat etiam Catonis praeceptum paene diuinum qui ait: rem' e. q. s. Cur. Fortunat. art. rh. III p. 97 Caper. 'Ac semper ediscendum est si tempus permiserit, sin minus, res ipsas solas tenebimus dehinc his uerba de tempore accommodabimus'.

De re militari. Plinius nat. hist. praef. 30 'Non queo mihi temperare quo minus . . ipsa censorii Catonis uerba ponam, ut adpareat etiam Catoni de militari disciplina commentanti . . paratos fuisse istos qui obtrectatione alienae scientiae famam sibi aucupantur. quid enim? ait in eo uolumine: scio' e. q. s. 2. Festus p. 306 M. 'Sub corona uenire dicuntur quia captiui coronati solent uenire

---

1 M. fili *om. Quint. Fortun. Isidor. Serv. sch. Leid.*, mi fili *Senecae cod. Paris. 7836.* dicenti *idem liber.* 7 Scio ego] *cf. quae ad orat. I (de cons.) 1 adnotauimus.* 8 quid enim *Catoni tribuunt Silligius et Ianus.* uitii litigent *Paris. 6797*, ut eligant *Londin.*, ut eligat *Paris. 6796*, ita reprobent ut eligant *Monac.*, *Dalecamp.* hi *Riccard. m. 2, Paris. s. IX.* experti *idem Paris. cum altero 6796.* 9 siui *scripsi*, sibi (s *Lond.*) *libri*, sino *ed. Dalecampii*, ibi *Ianus; num* semper siui? praeterfluere *Riccard.*, praeter *Paris. tres.*, praetereo *Lond. Monac.* 10 suus sua *Festus*, *corr. Müllerus.* 11 subplicatum *Gellii Rottend.* ueneat *deteriores Gellii libri*, ueniat *ceteri*, *corr. Vrsinus.*

3. * *Vegetius de re mil. I 13* 'Deinde in aliis rebus, sicut ait Cato, siquid erratum est, potest corrigi, praeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim sequatur errorem'.

4. Magistratus nihil audent imperare, ne quid consul auspici peremat.

5. *Festus p. 253 M.* 'Procubitores dicuntur fere uelites, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo quem de re militari scripsit'.

6. Inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit.

7. *Vegetius de re mil. I 15* 'Quantum utilitatis boni sagittarii in proeliis habeant, et Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit'.

8. * *Varro de ling. l. VII 59 p. 341 sq. Speng.* 'Accensos ministratores Cato esse scribit'.

9. Pedites quattuor agminibus, equites duobus antibus ducas.

10. Vna depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu.

ut ait Cato in eo qui est de re militari: ut' e. q. s. Gellius VII 4, 5 'Sed id magis uerum esse quod supra dixi (*amplectitur similem Verrianae explicationem*) M. Cato in libro quem composuit de re militari docet. uerba sunt haec Catonis: ut' e. q. s. 4. Festus p. 214 M. 'Peremere . . Cato in li . qui est de re militari pro uiciare usus est, cum ait: cum magistratus' e. q. s. 6. Nonius p. 554 'Ferentarii leuis armatura quia quando (quicquid *libri*) opus esset auxilio, ferrent excursu leui armis grauibus non inpediti. Kato ad rem militarem (de re mil. *Perizon. 15. 64.*): inde' e. q. s. Paulus Festi p. 369 M. 'Cato eos ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant'. 9. Philarg. ad Verg. Ge. II 417 Antes] 'Cato de re militari (coto dere mulitari *Vatic.*): pedites' e. q. s. 10. Nonius p. 204 'Frontem feminino genere Virgilius . . masculino Titinius . . feminino Pacuuius . . Cato de re militari: una' e. q. s. Vegetius de re mil. III 20 'Vna — exercitu, sicut etiam nunc et prope semper solet proelium fieri'. (*omisso Catonis nomine.*)

---

4 cum magistratus *codex*, cum *deleui.* consularis auspici peremant *coniecit Mommsenius: mihi ne sic quidem satis liquet, quinam sint isti 'magistratus'.* 6 feri uelites *cod., corr. Vrsinus: de procubitorum munere cf. Polyb. VI 35, 5 Lipsius de mil. R. V 4 Marquardtus enchiridii ant. R. III 3 p. 314 sq.* 10 praedatum *Mercerus editiones antiq. secutus*, praedatos *libri.* 14 *de accensis militaribus u. Vegetius II 19 'ad obsequia iudicum, uel tribunorum . . deputabantur milites qui uocantur accensi', et Marquardt. l. s. s. p. 242 s.*

16 *cf. Marquardt. l. s. s. p. 329.* equites — duobus *Vaticanus.*

17 longo *libri, unde lemma turbatum esse adparet. de genere certaminis cf. Marquardt. l. s. s. p. 327, 332 sq.*

11. Siue forte opus sit cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra, uti adoriare.

12. Tertia e castris eductio celeris properaque est.

13. Satis celeris sis in tempore.

14. Quam gladiator disciplinosus.

*15. *Frontin. strat. IIII 1, 16* 'M. Cato memoriae tradidit in furto comprehensis inter commilitones dextras esse praecisas aut, si leuius animaduertere uoluissent, in principiis sanguinem esse missum'.

CARMEN DE MORIBVS.

1. Auaritiam omnia uitia habere putabant. sumptuosus cupidus elegans † uitiosus irritus qui habebatur, is laudabatur.

11. Festus p. 344 M. 'Serra procliari dicitur, cum assidue acceditur receditürque neque ullo consistitur tempore. Cato de re militari: sine' e. q. s. 12. Festus p. 253 M. 'Properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato cum ait in libro de re militari: tertia' e. q. s. 13. Priscian. VII p. 760 P. (p. 334 Hertz) 'Hic et haec celer uel celeris . . M. Cato de re militari (milita[r]i *Carolir.*): satis' e. q. s. 14. Nonius p. 463 'Disciplinosus etiam pessima arte potest dici. Cato de re militari: quam' e. q. s.

Carmen de moribus. 1—3. Gellius XI 2 'Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id fere uerbum ad aetatem M. Catonis uitii non laudis fuit. est namque hoc animaduertere cum in quibusdam aliis tum in libro Catonis qui inscriptus est carmen de moribus. ex quo libro uerba haec sunt (1): auaritiam — laudabatur'. 1. Nonius p. 465 'Elegantes non solum ut consuetudine ab elegantia ingenii . . sed a ueteribus etiam uitio datur. M. Tullius . . . carmine de moribus (*om. Catonis nomine*): auaritiam — uitiosus'.

---

1 siue *Vrsinus*, sine *codex*. forcipe] forficem *dicunt Gellius X 9 Vegetius III 17: cf. Charis. I p. 94 Keil. genera certaminis serram cuneum globum turres commemorant Gellius et Vegetius l. s. s., explicat Lipsius de re mil. IIII 7 p. 178 sq.* 3 tertiae fastris *codex*, *correxit Vrsinus.* prosperaque *codex*, *correxit Vrsinus.* 4 sis in *Regius* (?), si sint *Halberst. Bern.*, si sint in *Bamb.*, si sunt *Sang. Lugd. Carolir.: fort.* sies. 8 si leuius *Leid. sec.*, *Oudend.*, si licentius *Vossian.*, sic licentius *Gud.*, aut an silentiis *Palat.*, aut ut solertius *Medic. 2.* principio *Med. 2*, principiis *uel* principis *ceteri. de poenae genere cf. Lipsius de re mil. p. 343.* 10 auaritiam *Regius*, auaritia *uel* auaricia *celeri libri.* deputabant *Boeckhius Fleckeisenius Ritschelius*, *ut uersum explerent.* suptuosus *Reg. Voss.* cupidus *deleuit Boeckhius*, cuppes *coni. I. F. Gronouius.* 11 eligant *Nonii Guelferb.* uitiosus *Boeckhius delendum esse uidit*, elegans deliciis intentus (*del.* inritus) *coni. Ritschelius;* inritusque h. (*superscr.* uel qui *Lugd.*) *Gellii libri*, intercutitus *coni. Bergkius diar. antiq. stud. a. 1855 p. 293 conl. Paul. p. 113 M.*

2. Vestiri in foro honeste mos erat, domi quod satis erat. equos carius quam coquos emebant. poëticae artis honos non erat. siquis in ea re studebat aut sese ad conuiuia adplicabat, grassator uocabatur.

3. Nam uita humana prope uti ferrum est. si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit. item homines exercendo uidemus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.

A P O P H T H E G M A T A.

1. **Quintilianus inst. or. VI 3, 105* ('Domitius Marsus) . . narrandi urbanitatem . . ita finit Catonis, ut ait, opinionem secutus: urbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque erunt et qui in sermonibus circulis conuiuiis, item in contionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. risus erunt, quicunque haec faciet orator'.

2. **Cicero de or. II 67, 271* 'Nam sicut quod apud Catonem est, qui multa rettulit, ex quibus a me exempli causa multa ponuntur, per mihi scitum uidetur, C. Publicium solitum dicere P. Mummium cuiusuis temporis hominem esse'.

E P I S T V L A E.

1. Quia saepe utiles uidentur praedonuli.

2. Gellius XI 2 'Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise notauimus: u e s t i r i, inquit' e. q. s. 3. Ibidem 'Illa quoque ex eodem libro praeclarae ueritatis sententia est: n a m u i t a, inquit' e. q. s.

A p o p h t h e g m a t a: Cicero de officiis I 29, 104 'Multa multorum facete dicta, ut ea quae a sene Catone collecta sunt, quae uocant apophthegmata'. *u. prolegomena.*

E p i s t u l a e. 1. Festus p. 242 M. 'Praedonulos Cato **ὑποκοριστικῶς** dixit in epistularum (*ita codex teste Keilio m. rh. VI p. 622*): q u i a' e. q. s.

---

1 phoro *Regin. m. pr.*, in coro *Voss.* 2 quoquos *Regin. m. pr., Petau.* poetice *Bern. Petau.* 3 siqui* (s *eras.*) *Lugd.*, siquid *Regin. Petau. m. pr.* sese] si se *Sangerm. et cod. Scioppii.* applicabat *Voss. Pet.*, applicat *Bern.* 4 grassator *Magliab. Regin corr.*, crassator *Regin. m. pr., ceteri.* 5 ferrum est. ferrum si *editiones ueteres Gellii, prob. Ritschelius.* 6 robigo *Bern.* homines se*exercendo (*una lit. erasa*) *Lugd.*, homines in exercendo *Regin.* 8 exercitium *Sangerm. et cod. Scioppii*, exercitatio *Magliab. m. alt.* 18 cuius tempori *uel* quiduis tempori *libri*, *emend. nescio quis ap. Lamb.* 19 praedonculi *scribendum* '*ἐκ τῶν ἀναλόγων linguae latinae' cen-*

2. . . . . . . mansues ad . . .

3. *Plutarch. Cat. mai. 20* '*Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τὴν περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ σπουδήν*'.

4. *Cicero de offic. I 11, 10* 'M. quidem Catonis senis est epistula ad Marcum filium, in qua scribit se audisse eum missum factum esse a consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset. monet igitur, ut caueat, ne proelium ineat. negat enim ius esse qui miles non sit cum hoste pugnare'.

AD † MAGNVM.

5. * † Interempto praestari.

DVBIAE AVCTORITATIS LIBRI

COMMENTARII IVRIS CIVILIS.

Mundo nomen impositum est ab eo mundo qui supra nos

2. Festus p. 154 M. (Paul. p. 152) '[Mansues pro mansuetus dixit] Cato in epistola . . .' (*uersus integer deletus usque ad u.* mansues ad | ; ad filium *addidit Vrsinus*). 4. Plutarchus qu. Rom. 39 '*Διὰ τί τοῖς μὴ στρατευομένοις μέν, ἐν στρατοπέδῳ δ' ἄλλως ἀναστρεφομένοις, οὐκ ἐξῆν ἄνδρα βαλεῖν πολέμιον οὐδὲ τρῶσαι; καὶ τοῦτο Κάτων ὁ πρεσβύτης ἐν ἐπιστολῇ τινι δεδήλωκε γράφων πρὸς τὸν υἱὸν καὶ κελεύων, εἰ παρεθείη τῆς στρατείας ἀποπληρώσας τὸν χρόνον ὑποστρέφειν ἢ προσμένοντα λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸ ἐξεῖναι τρῶσαι καὶ ἀνελεῖν πολέμιον*'. 5. Diomedes I p. 362 P. (p. 366 Keil) 'Praesto praestiti . . . in dandi significatione praebeo potius dicebant, nisi quod Sallustius . . et Cato ad Magnum (*sic Parisini duo*, ad magnam *Monac., fortasse* ad M. filium: *ad epistulas haec pertinere suspicatus est Bolhuis. diatr. p. 169*): interempto p. rursum Seneca' e. q. s.

Commentarii iur. ciu. *fortasse M. Catoni M. filio tribuendi: cf. proleg.* Festus p. 157 M. 'Mundus . . ter in anno patere solet . . qui quid ita dicatur sic refert Cato in commentariis iuris ciuilis: mundo' e. q. s.

---

uit Scaliger. 5 *praecedunt in libris ms. et Io. Sarisber. policr. VI 7 haec* 'Popillius (Pompilius *Erfurt. cum plerisque*) imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. cum autem Popillio uideretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium qui in eadem legione militabat dimisit. sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popillium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget sacramento, quia priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat. adeo summa erat obseruatio in bello mouendo. M. quidem *e. q. s. sed Catonis ad Popillium epistulam interpolatori Ciceronis deberi uidit Mommsenius: u. proleg.* 10 interemto *Paris. B*, interemptum *coni. Keilius.* praestaris. sursum Seneca *Monac.*

est: forma enim eius est, ut ex his qui intrauere cognoscere potui, adsimilis illi.

INCERTORVM LIBRORVM RELIQVIAE.

1. In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum ui captum, alteras primo pedatu et secundo.

2. Quod iter longius arduiusque erat a curia.

3. Qui tantisper nulli rei sies, dum nihil agas.

4. Caduceatori nemo homo nocet.

5. Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit.

6. Praeda quae capta est uiritim diuisa.

7. Et in Italia atras capras lacte album habere.

8. † Suapte natio sua separata seorsum.

9. Speca prosita, quo aqua de uia abiret.

Inc. libr. rel. 1. Charisius II p. 191 P. (p. 215 Keil) 'Primo pedatu Cato senex: in' e. q. s. cf. Paul. p. 27 M. 'Alteras ponebant pro eo quod est aduerbium alias'. 2. Priscian. III p. 600 P. (p. 87 Hertz) 'Vetustissimi tamen comparatiuis etiam huiuscemodi (piior arduior) sunt est quando usi. Cato dixit: quod' e. q. s. 3. Priscian. VI p. 694 P. (p. 227 Hertz) 'Idem (Cato) nulli pro nullius: qui' e. q. s. id. p. 717 P. (p. 206 Hertz) 'Cato . . idem (idem in II *editiones*): qui — agas. nulli pro nullius'. Columella de r. r. XI 1, 26 'Nam illud uerum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt'. 4. Paulus Festi p. 47 M. 'Caduceatores legati pacem petentes. Cato: caduceatori inquit' e. q. s. 5. Paul. p. 369 M. 'Veternosus dicitur qui graui premitur somno. Cato ueternosum hydropicum intelligi noluit, cum ait: 'ueternosus' e. q. s. 6. Paul. p. 378 'Viritim dicitur dari quod datur per singulos uiros. Cato: praeda' e. q. s. 7. Charis. I p. 79 P. (p. 102 Keil) 'Lacte (nominat. casu) sine uitio dicemus, nam et Cato sic dixit: et' e. q. s. 8. Charis. II p. 195 P. (p. 219 Keil) 'Seorsum Cato senex: suapte' e. q. s. 9. Priscian.

---

1 ut *add. Vrsinus.* 2 potui *Scaliger*, potuit *cod.* illi *Scaliger*, illae *codex*, *fortasse* illei. 3 in is *cod. Neap.* agri parte multati] *cf. Schweglerus h. R. II p. 404.* 4 pedato *Putschius cf. orig. I 27.* 6 inter *Paris.* longius *Sang.*, longuius *Lugd. Carolir.* a *om. Paris. Carol.* 7 tantis pro *Bamb. p. 717.* nullae (*corr. ex* nulli?) *Carolir. p. 717.* sies *libri p. 717*, est *p. 694.* 12 suapte] qua arte *Putschius*, *cf. Lachmannus ad Lucret. p. 391.* 13 prosita *Hauptius conl. Paulo p. 226 M. 'prosita proposita'*, pposeti *Halberst. m. 1*, ppsita *m. 2*, propositi *Caroliruh.*, pro siti *reliqui.* deuia *Reg. Bern. Halb. Sang. Amien.* habiret *Bern.*

10. Malitiose istorum iuratorum . . . . . . uerto ut . . . quod . . . . . .

11. Qua mollissimum est adoriuntur.

12. Sub tela uolantia.

13. *Seruius ad Verg. Aen. III 314* Raris turbatus uocibus hisco] . . 'Cato ait, uerba tertiato et quartato quempiam dicere prae metu'.

14. *Plinius nat. hist. XIIII 13, 90* 'Cato (scripsit) ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an temetum olerent'.

15. *Cicero de rep. I 17* 'Quam est hic fortunatus putandus . . qui, ut Africanum auum meum scribit Cato solitum esse dicere, possit idem de se praedicare, numquam se plus agere, quam nihil cum ageret, numquam minus solum esse, quam cum solus esset'.

16. *Cic. de diuin. I 15, 28* 'Itaque multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, neglegentia collegii amissa plane et deserta sunt'.

17. *M. Aurelius Caesar ep. II 1 p. 41 ed. Rom.* 'Caelum modestius . . . uespera et concubia nocte, dum se intempesta nox, ut ait M. Porcius, praecipitat, eodem modo perseuerat'.

18. Malum deligatum, parastatae iunctae.

VI p. 713 P. (p. 260 Hertz) 'Dicebant tamen et hoc specum et haec speca. Cato: speca' e. q. s. 10. Charisius II p. 184 P. (p. 206 Keil) 'Malitiose Cato senex: malitiose' e. q. s. 11. Seruius ad Verg. Aen. IIII 293 Quae mollissima fandi tempora] 'Cato: qua' e. q. s. 12. Seruius ad Verg. Aen. VIII 694 Telisque uolatile] 'Cato: sub' e. q. s. 15. Cicero de off. III 1, 1 'Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere eius aequalis, numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset'. Plutarchus apophth. reg. et imp. p. 196 B '*Σκιπίων δὲ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας σχολὴν ἐν γράμμασι διατριβὴν ποιούμενος ἔλεγεν, ὁπότε σχολάζοι, πλείονα πράττειν*'. 18. Isidorus orig. XIX 2, 12 'Parastatae stipites sunt pares stantes quibus arbor sustinetur. Cato: malum' e. q. s.

---

1 iuratorque eo uerto ut maximus *exc. Cauch. apud Keil. p. 610*, iura. iuratorque eo uerbo ut maximus '*ex Dousae codice*' *Bondamus uar. lect. p. 234*, utiturque eo uerbo et Maximus, *coni. Vulcanius*, u. eo Cicero, ut Maximus *Bondamus*. 3 quam *editio Danielis*. 4 tela uolantia] *ita etiam Fronto ad M. Antoninum p. 111 Nieb.* 6 tertiata et quartata *coni. A. Popma.* 17 *Verba Catonis, a quo dum alienum esse puto, Boeckhius Ritschelius Fleckeisenius carmini de moribus inseruerunt. at u. mus rh. nou. XIV p. 262.*

19. *Gellius XVIII 7, 3* 'Ego grammaticus uitae iam atque morum disciplinas quaero, uos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortualia; glosaria namque conlegitis et lexidia, res taetras et inanes et friuolas tamquam mulierum uoces praeficarum'.

20. *Paulus Festi p. 27 M.* 'Audacias pluraliter Cato dixit'.

21. *Ibid.* 'Aliorsum et illorsum sicut introrsum dixit Cato'.

22. *Idem p. 59 M.* 'Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium colluuie'.

23. *Id. p. 83* 'Forma significat modo faciem cuiusque rei modo calidam . . Cato ait de quodam aedificio aestate frigido, hieme formido'.

24. *Id. p. 89* 'Futare arguere est, unde et confutare. sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit'.

25. *Id. p. 92* 'Ferocit apud Catonem ferociter agit. † fiuere item pro figere'.

26. *Id. ib.* 'Fruniscor et frunitum dixit Cato'.

27. *Id. ib.* 'Felices arbores Cato dixit quae fructum ferunt, infelices quae non ferunt'.

28. *Id. p. 121* 'Latitauerunt Cato posuit pro saepe tulerunt'.

29. *Id. p. 152* 'Mihipte Cato pro mihi ipsi posuit'.

30. . . . . decuit talenta
. . . . uersia atque
. . . . entia item a

30. Festus p. 154 M. (*in fine uersus*) 'mihipte pro mihi . . .' c. q. s

---

3 mortualia] *cf. Plautus Asin. 808 Naeuius trag. p. 10 Ribb. Catonem philosophos 'mortualia' uocasse patet; cetera a Catone aliena uidentur.* mortualia *et* glosaria *uocabula ante Hertzium iungebantur; cf. Scaliger coni. in Varr. p. 143.* 7 *Orationi de cens. Fuluii Nobil. Meyerus tribuit or. R. fragm. p. 96.* 10 *An* calidum? *fortasse . .* aedificio: aestate frigidum hieme formidum. 15 fibere *coni. Meursius.* 17 *Fronto ep. ad amicos II p. 218 ed. Rom. 'Leges pleraeque poena sanciunt, ne quis felicem arborem succidat. quaenam est arboris felicitas? rami fecundi et frugiferi bacis et pomis onusti'.*

31. . . [tum]ultu Macedoniae Etruriam Sannites Lucanos inter se natinari atque factiones esse.

32. . . . . [Po]enorum IIII suf-
[fetes] . . . . [om]nis cohortes omnis
[qui stipendia merit]auerunt.

33. *Festus p. 158 M. (Paul. p. 159)* '[Moscillis Cato] pro prauis moribus dixit'.

34. . . . . . . † properie mari opus est.

35. . . . . . . [Numidae?] . . multam uiuunt . . .

36. lentis numquam cuiquam . . . .
. . . . [supp]remam aduoca[tionem].

37. *Paulus Festi p. 369 M.* 'Veterinam bestiam iumentum Cato appellauit a uehendo'.

38. *Paulus p. 379* 'Vls Cato pro ultra posuit'.

39. *Id. ib.* 'Vngulatros ungues magnos atque asperos Cato appellauit'.

40. *Id. ib.* 'Verberitare idem Cato frequentatiue ab eo quod est uerbero dixit'.

41. *Id. ib.* 'Vopte pro vos ipsi Cato posuit'.

31. Festus p. 166 M. (Paul. p. 167) 'Nati[natio dicebatur negoti]atio et natinatores [ex eo seditiosa negotia] gerentes. M. Cato in (Orig. l. V scripsit *ci. Müllerus*) . . . . . u l t u' e. q. s. 32. Festus p. 154 M. (Paul. p. 152) 'Meritauere saepe meru || [ere Cato ait] . . e n o r u m' e. q. s. 34. Festus p. 242 M. '. . . s Cato saepe dicit ut . . . . (*uers. fere dimidius deletus*) [ar]boses, loco r. dicebant'. || . . e. q. s. (Papisios *Catonem dixisse Müllerus frustra contendit p. 395.*) 35. Festus p. 177 M. [*Numidae di*]cuntur Noma[*des qui diutius uiuere dicuntur*] unde Cato in . . . . . .
36. Paulus p. 304 M. 'Suppremum modo significat summum, modo extremum, modo maximum'. Festus p. 305 'Supp[remum] — alias extre[mum] — Cato d. . . . . || l e n t i s' e. q. s.

---

1 ultu *codex teste Keilio m. rh. VI p. 621*, [audito-tu]multu *Müllerus.* 3 *fortasse* Cato originum IIII: Poenorum suffetes *e. q. s.*, suffetes euocauerunt statim omnis — qui stipendia *coni. Scaliger: u. proleg. orig. l. IIII.* 6 moscillis, *quod in Festi cod. deletum est*, *Paulus*, mosculis *coniecit Vrsinus*, musculis — muribus *Salmasius in Solin. p. 217 B.* 7 prauis *scripsi*, paruis *Festus et Paulus.* qui moribus *codex Festi*, *fortasse* quidem moribus d. [sed] . . 8 propediem *coni. Müllerus.* 9 [Numidae uiuaces quia] multam uiuunt [aetatem] *suppl. Vrsinus.* 10 [do]lentis numquam cuiquam [reo apud praetorem denegasse supp]remam aduocationem *suppleuit Vrsinus.* 15 ungulatos, qui haberent ungues *e. q. s. coniecit Vossius etymol. Lat. u. ungis.*

42. *Gellius IIII 9, 12* 'Quod si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi inclinamenta (in — osus) nimium ac praeter modum significant . . cur disciplinosus consiliosus uictoriosus, quae M. Cato ita affigurauit . . numquam in culpam, sed in laudem dicuntur?'

43. *Charisius II p. 181 P. (p. 202 Keil)* 'Imperabiliter Cato senex, ubi Maximus: pro nimis imperiose, dure'.

44. *Id. p. 193 P. (p. 217 Keil)* 'Rare Cicero pro raro, ut idem Maximus notat; Catonem quoque ita locutum'.

45. *Id. ib.* 'Rarenter Cato, ut idem Maximus notat, pro raro'.

46. *Id. p. 108 P. (p. 134 Keil)* 'Cato his iugeris (dixit), ut notat Plinius libro VI'.

47. *Id. p. 195 P. (p. 220 Keil)* 'Secunde Cato senex, ut Maximus notat'.

48. *Inc. auctor de gener. nom. p. 92 Haupt.* 'Putei generis masculini, ut Cato et Varro'.

49. *Quintilianus I 6, 42* 'Neque enim tuburchinabundum et lurchinabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor'.

50. *Gellius II 17, 6* 'Neque uero con particula tum solum producitur, cum ea littera, de qua Cicero dixit, insequitur. nam et Cato et Sallustius fenoribus inquiunt copertus est'.

51. *Gellius X 21, 2* 'Nouissimus et nouissime . . nam cum M. Cato et Sallustius et alii quoque aetatis eiusdem uerbo isto promisce usitati sint . . (Cicero) abstinuisse eo tamen . . . uidetur'.

52. *Sergius in art. Don. p. 1855 P.* 'Nam et praepositionem praepositioni sic cohaerentem, ut pro una parte orationis habeantur, inuenimus saepius apud Catonem, ut circumcirca'.

53. *Gellius XVIIII 10, 10* 'Praeterpropter uocabulum . . quo et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior ut necessario et Latino usi sunt'.

54. *Varro de lingua lat. IX 107 p. 535 Speng.* 'Quoniam est soleo, oportet dici solui, ut Cato et Ennius scribit'.

---

23 fenoribus *Vat.*, fęnoribus *Rott.* 28 orationis *coni. H. Keilius*, praepositionis *uulgo.* 29 habeantur — saepius *cod. Paris. 7530 s. VIII teste Keilio*, habeatur — saepe *uulgo.*

55. *Quintilianus I 7, 23* 'Quid? non Cato censorius dicam et faciam dicem et faciem scripsit eundemque in ceteris, quae similiter cadunt, modum tenuit, quod ex ueteribus eius libris manifestum est et a Messalla in libro de s littera positum?'

56. *Festus p. 286 M.* 'Recipie apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi complura'.

57. **Festus p. 201 M.* 'Ostende ostendam, ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est'.

58. **Paulus Festi p. 26 M.* 'Attinge pro attingam posuere'.

59. **Paulus Festi p. 72 M.* 'Dice pro dicam antiqui posuere'.

60. *Gellius V 21, 6* 'Doceas nos, cur pluria siue conpluria, nihil enim differt, non Latine sed barbare dixerint M. Cato, Q. Claudius . . .'

61. *Quintilianus IX 4, 39* 'Illa censorii Catonis diee hanc aeque m littera in e mollita'.

62. *Gellius XVI 12, 8* 'Varro . . M. Catonem et ceteros aetatis eius feneratorem sine a littera pronuntiasse tradit'.

63. *Marius Victorinus art. gramm. I p. 2459 P.* 'Cum aduerbium temporis antiqui quattuor litteris scribebant. † in his cum apud Catonem quam rursus † eo quoam. sed antiqui cum ita scriberent, pronuntiabant tamen perinde ac si per cum scriptum esset'.

64. **Plutarch. Cat. c. 1* '*Τῶν δὲ προγόνων παντάπασιν ἀγνώστων γεγονέναι δοκούντων αὐτὸς ὁ Κάτων καὶ τὸν πατέρα Μάρκον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν πρόπαππον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησι καὶ πέντε πολεμιστὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δήμου δι' ἀνδραγαθίαν*'.

65. **Ibid.* '*Φησὶ γὰρ αὐτὸς ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν*'.

62. Nonius p. 54 'Nam et Catonem et ceteros antiquiores sine a littera fenus pronuntiasse [Varro] contendit ut fetus fecunditas'.

---

5 recipiae *codex.* 7 recipie *c. q. s.*] *haec extant inter glossas Catonianas.* 21 in his *libri*, tam his *Putschius.* 23 quum rursus *Palat. m. 1.* eo quoam *Palatin.*, ea quoam *Paris.*, quoam *Valentin.* per c *Paris.*

66. **Idem ib. c. 4* ‘Ἐσθῆτα μὲν γὰρ οὐδέποτέ φησι φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν, πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν καὶ ὑπατεύων τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις, ὄψον δὲ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσσαρίων τριάκοντα, καὶ τοῦτο διὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύοι τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας. ἐπίβλημά δὲ τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενος εὐθὺς ἀποδόσθαι· τῶν δὲ ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην, οὐδένα δέ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν οὐδ' ὡραίων ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων τε καὶ βοηλατῶν, δεόμενος. καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους’.

67. **Idem. ib. c. 5* ‘Ὁ δε Κάτων .. καὶ τὸν ἵππον, ᾧ παρὰ τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτοῦ λογίσηται’.

68. **Idem ib. c. 10* ‘Αὐτὸς δέ φησιν ὁ Κάτων πλείονας εἰληφέναι πόλεις ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ . . . εἰς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν ἐλθεῖν λέγει πλὴν ὅσα πέπωκεν καὶ βέβρωκεν. καὶ οὐκ αἰτιῶμαι, φησί, τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας’.

69. **Idem ib. c. 12* ‘Θαυμάσαι δέ φησι τοὺς Ἀθηναίους τὸ τάχος αὐτοῦ καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς φράσεως· ἃ γὰρ αὐτὸς ἐξέφερε βραχέως, τὸν ἑρμηνέα μακρῶς καὶ διὰ πολλῶν ἀπαγγέλλειν· τὸ δὲ ὅλον οἴεσθαι τὰ ῥήματα τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἀπὸ χειλέων, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀπὸ καρδίας φέρεσθαι’.

---

2 πιεῖν δὲ — ἐργάταις] *haec fortasse ducta sunt ex or. ‘cum in Hisp. proficisceretur’ fr. 2 cf. Plin. n. h. XIIII 13, 91 Frontin. strat. IIII 3, 1 Val. m. IIII 3, 11.* 8 τῶν δὲ ἐπαύλεων — κεκονιαμένην] *cf. quae de ‘uillis suis inexcultis’ dixit inc. orat. fr. 10.* 13 ᾤετο δεῖν] *fortasse haec ex praeceptis fluxerunt, quibus quae secuntur post u.* ἀχρήστους *inserui fr. 10.* 14 *fr. 67 et 68 utrum ex dierum dictarum an ex originum libris exscripta sint, diiudicari nequit.* 17 *Plut. apophth. 25 p. 199 D* ‘Πλείονας δὲ πόλεις ἑλὼν ὥς φησι τῶν ἡμερῶν ἃς διέτριψεν ἐν τοῖς πολεμίοις οὐδὲν αὐτὸς πλέον λαβεῖν ὧν ἔπιε καὶ ἔφαγεν ἐκ τῆς πολεμίας. 24 *ueri simile est*

70. **Idem ib. c. 14* ‘Ὁ δὲ Κάτων ἀεὶ μέν τις ην, ὡς ἔοικε, τῶν ἰδίων ἐγκωμίων ἀφειδὴς . . . πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε καί φησι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους παραστῆναι μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον, ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον, αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐτὸς οὔθ' ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις'.

71. **Idem ib. c. 20* ‘Οὐκ ἠξίου δὲ τὸν υἱόν, ὥς φησιν αὐτός, ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν ἢ τοῦ ὠτὸς ἀνατείνεσθαι μανθάνοντα βράδιον, οὐδέ γε μαθήματος τηλικούτου τῷ δούλῳ χάριν ὀφείλειν'.

72. **Ibidem* ‘Καὶ τὰς ἱστορίας δὲ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἴκοθεν ὑπάρχοι τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι· τὰ δ' αἰσχρὰ τῶν ῥημάτων οὐχ ἧττον εὐλαβεῖσθαι τοῦ παιδὸς παρόντος ἢ τῶν ἱερῶν παρθένων ἃς Ἑστιάδας καλοῦσι· συλλούσασθαι δὲ μηδέποτε'.

73. **Idem ib. c. 21* ‘Ἁπτόμενός δὲ συντονώτερον πορισμοῦ, τὴν μὲν γεωργίαν μᾶλλον ἡγεῖτο διαγωγὴν ἢ πρόσοδον, εἰς δ' ἀσφαλῆ πράγματα καὶ βέβαια κατατιθέμενος τὰς ἀφορμὰς ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμά, τόπους γναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσήει πολλὰ μηδ' ὑπὸ τοῦ Διός, ὥς φησιν αὐτός, βλαβῆναι δυναμένων'.

74. **Id. ib. c. 23* ‘(Κάτων) . . ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ᾧ τρόπῳ δυνατὸς ἦν τυραννεῖν τῆς πατρίδος καταλύοντα τὰ ἔθη καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων γηρᾶν φησι παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητάς, ὡς ἐν ᾅδου παρὰ Μίνῳ χρησομένους ταῖς τέχναις καὶ δίκας ἐροῦντας'.

---

haec ex praeceptis ad filium petita esse. 1 *sermo est de proelio Thermopylensi. Wagnerus orig. fragm. p. 57 ex quinta origine haec fluxisse suspicatus est.* 27 *haec fortasse ad praecepta pertinent.*

75. *Idem ib. c. 24* 'Καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ (τοῦ πρεσβυτέρου υἱοῦ) πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος'.

76. **Idem ib. c. 25* 'Φησὶ γὰρ δυσὶ κεχρῆσθαι μόνοις πορισμοῖς, γεωργίᾳ καὶ φειδοῖ'.

77. *Idem compar. Aristid. et Cat. c. 5* 'Καίτοι φησὶν (ὁ Κάτων) ἔν τινι λόγῳ τὸ ἐπαινεῖν αὐτὸν ὥσπερ τὸ λοιδορεῖν ἄτοπον εἶναι'.

FRAGMENTA

DVBIAE AVCTORITATIS.

1. *Festus p. 249 M.* . . . . '[Posime]rium esse ait Antistius [in commentario iuris pontif-]icalis pomerium id est l[ocum pro muro . . . . .] Cato . olim quidem' *e. q. s.*

2. *Idem p. 154 (Paul. p. 152)* . . . . 'Maledi[ctores dicebantur ab antiquis quos]nos appellamus [maledicos. Cato cum proficisceretur in] Hispania[m]: re[mouendi maledictores]'.

3. *Idem p. 242* '[Pascuales oues pascales ins]cienter Cato dixit — — — — — — — — — — — — — — — — — [idem pellitas oues Tarentin]as appellat in ea ora[tione . . . . eo pre]cio Tarenti plus C [IIS emit pellitam ouem q]uam in agro Tarentino' . .

Fragm. dubiae auct.: *selegi ex Festo quae non sine probabilitate quadam ad Catonem referri posse uisa sunt.*

---

9 *Haec uulgo in originum reliquiis leguntur. sed Wagenerus orig. fr. p. 27 sq. probabiliter suppleuit u. 11* l[ocum quem pontifex transit auspi]cato. 13 *haec ad orat. III referri solent:* Hispaniam *coni. Vrsinus. u. proleg. orat.* 19 *haec orationi LXII adscribi solent. Vrsini supplementa parum probabilia sunt.* 21 ignaro *cod., corr. Scaliger: cf. coni. in Varr. p. 129.*

DICTORVM CATONIANORVM
COLLECTIO.

DICTA MEMORABILIA

A PLVTARCHO ALIISQVE TRADITA.

1. *Plutarchus Cat. mai. 8* ‘Μέλλων ποτὲ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ὡρμημένον ἀκαίρως ἐπὶ σιτομετρίας καὶ διανομὰς ἀποτρέπειν ἤρξατο τῶν λόγων οὕτως· χαλεπὸν μέν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν ὦτα οὐκ ἔχουσαν.

2. Κατηγορῶν δὲ τῆς πολυτελείας ἔφη χαλεπὸν εἶναι σωθῆναι πόλιν, ἐν ᾗ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς ἢ βοῦς.

3. Ἐοικέναι δὲ προβάτοις ἔφη τοὺς Ῥωμαίους· ὡς γὰρ ἐκεῖνα καθ᾽ ἕκαστα μὲν οὐ πείθεται, σύμπαντα δ᾽ ἕπεται μετ᾽ ἀλλήλων τοῖς ἄγουσιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς, εἶπεν, οἷς οὐκ

Dicta memorabilia: *Plutarch. Cat. mai. 7* ‘Ἡμεῖς δὲ τῶν ἀπομνημονευομένων βραχέα γράψομεν, οἳ τῷ λόγῳ πολὺ μᾶλλον ἢ τῷ προσώπῳ, καθάπερ ἔνιοι νομίζουσι, τῶν ἀνθρώπων φαμὲν ἐμφαίνεσθαι τὸ ἦθος’. *secuntur c. 8 et 9 dicta 1—27. extremo c. 9 idem ait* ‘Τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπομνημονευμάτων γένος τοιοῦτόν ἐστιν’. 1 *Plut. apophth. regum et imper., Catonis 1 p. 198 D* ‘Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ δήμῳ τῆς ἀσωτίας καὶ πολυτελείας καθαπτόμενος εἶπεν, ὡς χαλεπόν ἐστιν λέγειν’ *e. q. s. cf. Stob. floril. VI 54.* 5 *Plut. apophth. 2 ib.* ‘Θαυμάζειν δέ, πῶς σώζεται πόλις’ *e. q. s. Polybius XXXI 24 (ex Athen. VI p. 274 F)* ‘Κάτων δὲ ἐκεῖνος, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, ἐδυσχέραινε καὶ ἐκεκράγει, ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην τριακοσίων μὲν δραχμῶν κεράμιον ταρίχων Ποντικῶν ὠνησάμενοι καὶ μειράκια δ᾽ εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς’. *Idem ib. (exc. Vatic. p. 439 Mai.)* ‘Ἐφ᾽ οἷς καὶ ὁ Μάρκος εἶπέ ποτε πρὸς τὸν δῆμον, ὅτι μάλιστ᾽ ἂν κατίδοιεν τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκοπὴν τῆς πολιτείας ἐκ τούτων, ὅταν πωλούμενοι πλεῖον εὑρίσκωσιν οἱ μὲν ευπρεπεῖς παῖδες τῶν ἀγρῶν, τὰ δὲ κεράμια τοῦ ταρίχου τῶν ζευγηλατῶν’ *cf. Diod. exc. p. 85 et p. 115 Mai. Catonis dictum Plutarchi uerbis relatum Meyerus orationi de lege Oppia tribuit or. R. fragm. p. 23, Polybii uerba idem orationi de lege Orchia p. 94 s. adscripsit. ego dictum, quod Plutarchus a Polybio accepit, ad orationem* ‘*de uestitu et uehiculis*’ *rettulerim conl. Plut. Cat. mai. 18.*

ἂν ἀξιώσαιτε συμβούλοις χρήσασθαι κατ' ἰδίαν, ὑπὸ τούτων εἰς ἓν συνελθόντες ἄγεσθε.

4. Περὶ δὲ τῆς γυναικοκρατίας διαλεγόμενος, πάντες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων, ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες.

5. Τὸν δὲ δῆμον ὁ Κάτων ἔφη τῶν Ῥωμαίων οὐ μόνον ταῖς πορφύραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς τιμὰς ἐπιγράφειν. ὡς γὰρ οἱ βαφεῖς, ἔφη, ταύτην μάλιστα βάπτουσιν, ᾗ χαίροντας ὁρῶσιν, οὕτως οἱ νέοι ταῦτα μανθάνουσι καὶ ζηλοῦσιν, οἷς ἂν ὁ παρ' ὑμῶν ἔπαινος ἕπηται.

6. Παρεκάλει δ' αὐτούς, εἰ μὲν ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ γεγόνασι μεγάλοι μὴ μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ χεῖρον· εἰ δ' ἀκρασίᾳ καὶ κακίᾳ, μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ βέλτιον. ἱκανῶς γὰρ ἤδη μεγάλους ἀπ' ἐκείνων γεγονέναι.

7. Τοὺς δὲ πολλάκις ἄρχειν σπουδάζοντας ἔφη καθάπερ ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν ἀεὶ μετὰ ῥαβδούχων ζητεῖν πορεύεσθαι, μὴ πλανηθῶσιν.

8. Ἐπετίμα δὲ τοῖς πολίταις τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις πολλάκις ἄρχοντας. δόξετε γάρ, ἔφη, ἢ μὴ πολλοῦ τὸ ἄρχειν ἄξιον ἢ μὴ πολλοὺς τοῦ ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι.

9. Περὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν τινος αἰσχρῶς καὶ ἀδόξως βιοῦν δοκοῦντος, ἡ τούτου μήτηρ, ἔφη, κατάραν, οὐκ εὐχήν, ἡγεῖται τὸ τοῦτον ὑπὲρ γῆς ἀπολιπεῖν.

10. Τὸν δὲ πεπρακότα τοὺς πατρῴους ἀγροὺς παραλίους ὄντας ἐπιδεικνύμενος προσεποιεῖτο θαυμάζειν ὡς ἰσχυρότερον τῆς θαλάττης· ἃ γὰρ ἐκείνη μόλις ἔκλυζεν, οὗτος, ἔφη, ῥᾳδίως καταπέπωκεν.

11. Ἐπεὶ δὲ Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος εἰς Ῥώμην ἥ τε σύγκλητος ὑπερφυῶς ἀπεδέξατο καὶ τῶν πρώτων ἅμιλλα καὶ σπουδὴ περὶ αὐτὸν ἐγίνετο, δῆλος ἦν ὁ Κά-

---

3 *Plut. apophth. 3 p. 198 D* 'Λοιδορῶν δέ ποτε τὴν ἐπιπολάζουσαν γυναικοκρατίαν πάντες εἶπεν *e. q. s. uulgo haec orationi de lege Oppia inseruntur. u. proleg.* 15, 18 *cf. orat.* '*ne quis iterum consul fiat*'. 19 πολλοῦ τοὺς ἄρχειν *Plutarchi codices, corr. C. Sintenis. Plut. apophth. 20 p. 199 A* 'Ἐπετίμα δὲ τοῖς πολίταις ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις ἄρχοντας· δόξετε γάρ, εἶπε' *e. q. s.* 24 *Plut. apophth. 21 p. 199 B* 'Τὸν δὲ τοὺς παραλίους ἀγροὺς πεπρακότα προσεποιεῖτο θαυμάζειν' *e. q. s. cf. dictum 83.*

των ὑφορώμενος καὶ φυλαττόμενος αὐτόν. εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ μὴν χρηστός ἐστι καὶ φιλορρώμαιος, ἔστω, εἶπεν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τὸ ζῷον σαρκοφάγον ἐστί.

12. Οὐδένα δὲ τῶν εὐδαιμονιζομένων βασιλέων ἄξιον εἶναι παραβάλλειν πρὸς Ἐπαμεινώνδαν ἢ Περικλέα ἢ Θεμιστοκλέα ἢ Μάνιον Κούριον ἢ Ἀμίλκαν τὸν ἐπικληθέντα Βάρκαν.

13. Αὐτῷ δ' ἔλεγε τοὺς ἐχθροὺς φθονεῖν, ὅτι καθ' ἡμέραν νυκτὸς ἀνίσταται καὶ τῶν ἰδίων ἀμελῶν τοῖς δημοσίοις σχολάζει.

14. Βούλεσθαι δ' ἔλεγε μᾶλλον εὖ πράξας ἀποστερηθῆναι χάριν ἢ κακῶς μὴ τυχεῖν κολάσεως.

15. Καὶ συγγνώμην ἔφη διδόναι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι πλὴν αὑτοῦ.

16. *Plutarch. Cat. mai. 9* 'Τῶν δὲ Ῥωμαίων εἰς Βιθυνίαν τρεῖς ἑλομένων πρέσβεις, ὧν ὁ μὲν ποδαγρικὸς ἦν, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐξ ἀνατρήσεως καὶ περικοπῆς κοίλην εἶχεν, ὁ δὲ τρίτος ἐδόκει μωρὸς εἶναι, καταγελῶν ὁ Κάτων εἶπε πρεσβείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστέλλεσθαι μήτε πόδας μήτε κεφαλὴν μήτε καρδίαν ἔχουσαν.

17. Ὑπὲρ δὲ τῶν ἐξ Ἀχαΐας φυγάδων ἐντευχθεὶς διὰ Πολύβιον ὑπὸ Σκηπίωνος, ὡς πολὺς ἐν τῇ συγκλήτῳ λόγος ἐγίνετο, τῶν μὲν διδόντων κάθοδον αὐτοῖς, τῶν δὲ ἐνιστα-

---

3 τοῦτο τ. ζ. ὁ βασιλεὺς *libri*, ὁ βασ. *del. Schaeferus.* 11. 13 *Plut. apophth. 4 p. 198 E* 'Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας. καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι χωρὶς ἑαυτοῦ δοῦναι συγγνώμην'. 13 *Publius sent. 208 Ribb.* 'Ignoscito saepe alteri, numquam tibi' *Seneca qui falso dicitur de moribus 111 Haas.* 'Alteri semper ignoscito, tibi ipsi numquam'. *eadem leguntur in 'Catonis sententiis' a Quicheratio editis ('bibl. de l'école des chartes' II p. 163 s.) no. 2 et in Caecilii Balbi nugis philos. p. 18 Wölfflini.* 15 *Liuii periocha L* 'Cum tres legatos ad pacem inter Nicomedem et Prusiam faciendam ad Romanos misissent, cum unus ex his caput multis cicatricibus sartum haberet, alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur, dixit Cato eam in legationem, nec caput nec pedes nec cor habere'. *u. Polybius XXXVII 1ʰ p. 449 Mai. Diod. XXXII 6 p. 92 ib. Appian. Mithrid. 6* 21 *Plut. apophth. 28 p. 199 E* 'Παρακληθεὶς δὲ ὑπὸ Σκηπίωνος Ἀφρικανοῦ τοῖς Ἀχαιῶν συλλαβέσθαι φυγάσιν, ὅπως εἰς τὰς πατρί

μένων, ἀναστὰς ὁ Κάτων, ὥσπερ οὐκ ἔχοντες, εἶπεν, ὃ πράττωμεν, καθήμεθα τὴν ἡμέραν ὅλην περὶ γεροντίων Γραικῶν ζητοῦντες, πότερον ὑπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ἢ τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ νεκροφόρων ἐκκομισθῶσι. ψηφισθείσης δὲ τῆς καθόδου τοῖς ἀνδράσιν ἡμέρας ὀλίγας οἱ περὶ τὸν Πολύβιον διαλιπόντες αὖθις ἐπεχείρουν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσελθεῖν, ὅπως ἃς πρότερον εἶχον ἐν Ἀχαΐᾳ τιμὰς οἱ φυγάδες ἀναλάβοιεν, καὶ τοῦ Κάτωνος ἀπεπειρῶντο τῆς γνώμης. ὁ δὲ μειδιάσας ἔφη τὸν Πολύβιον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα, βούλεσθαι πάλιν εἰς τὸ τοῦ Κύκλωπος σπήλαιον εἰσελθεῖν, τὸ πιλίον ἐκεῖ καὶ τὴν ζώνην ἐπιλελησμένον.

18. *Τοὺς δὲ φρονίμους ἔλεγε μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων ἢ τοὺς ἄφρονας ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελεῖσθαι· τούτους μὲν γὰρ φυλάττεσθαι τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, ἐκείνους δὲ τὰς τούτων μὴ μιμεῖσθαι κατορθώσεις.*

19. *Τῶν δὲ νέων ἔφη χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι.*

20. *Στρατιώτου δὲ μὴ δεῖσθαι τὰς μὲν χεῖρας ἐν τῷ βαδίζειν, τοὺς δὲ πόδας ἐν τῷ μάχεσθαι κινοῦντος, μεῖζον δὲ ῥέγχοντος ἢ ἀλαλάζοντος.*

21. *Τὸν δὲ ὑπέρπαχυν κακίζων, ποῦ δ' ἂν ἔφη σῶμα τοιοῦτον τῇ πόλει γένοιτο χρήσιμον, οὗ τὸ μεταξὺ λαιμοῦ καὶ βουβώνων πᾶν ὑπὸ τῆς γαστρὸς κατέχεται.*

22. *Τῶν δὲ φιληδόνων τινὰ βουλόμενον αὐτῷ συνεῖναι παραιτούμενος ἔφη μὴ δύνασθαι ζῆν μετ' ἀνθρώπου τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ἔχοντος.*

23. *Τοῦ δ' ἐρῶντος ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν.*

δας κατέλθωσιν, προσεποιεῖτο μηδὲν αὐτῷ μέλειν τοι πράγματος, ἐν δὲ τῇ συγκλήτῳ πολλῶν γινομένων λόγων ἀναστὰς ὥσπερ οὐκ ἔχοντες ὃ π. κ. — ἐξενεχθῶσιν'. (τὴν ἡμέραν ὅλην om. apophth.) cf. or. de Achaeis et mira Klauseni somnia Aen. p. 1149. 16 *Idem in apophth. 6 p. 198 E de aud. poët. c. 10 p. 29 E.* 18 *Idem apophth. 7 ib. 'Στρατιώτην δὲ μισεῖν ὃς ἐν τῷ περιπατεῖν τὰς χεῖρας ἐν δὲ τῷ μάχεσθαι τοὺς πόδας κινεῖ, ῥέγχει δὲ μεῖζον ἢ ἀλαλάζει'. Caecilius Balbus cod. Paris. 43 Wölffl.* 'Vtilius erubescere quam pallescere' (pauescere *codex*). *eadem habet Walterus Burleius in 'prouerbiis Socratis'. cf. Hauptius Philologi III p. 376 — 79. et quae dixi mus. rh. nou. XIV p. 272.* 21 *cf. orat. in L. Veturium.* 27 *cf. Plut. amator. 16*

24. Μεταμεληθῆναι δ' αὐτὸς ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας· μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον ἀπόρρητον, ἑτέραν δὲ πλεύσας ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι, τὴν δέ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινε.

25. Πρὸς δὲ πρεσβύτην πονηρευόμενον, ἄνθρωπε, εἶπε, πολλὰ ἔχοντι τῷ γήρᾳ τὰ αἰσχρὰ μὴ προστίθει τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην.

26. Πρὸς δὲ δήμαρχον ἐν διαβολῇ μὲν φαρμακείας γενόμενον, φαῦλον δὲ νόμον εἰσφέροντα καὶ βιαζόμενον, ὦ μειράκιον, εἶπεν, οὐκ οἶδα, πότερον χεῖρόν ἐστιν ὃ κίρνης πιεῖν ἢ ὃ γράφεις κυρῶσαι.

27. Βλασφημούμενος δ' ὑπ' ἀνθρώπου βεβιωκότος ἀσελγῶς καὶ κακῶς, ἄνισος εἶπεν, ἡ πρὸς σέ μοι μάχη ἐστί· καὶ γὰρ ἀκούεις τὰ κακὰ ῥᾳδίως καὶ λέγεις εὐχερῶς· ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν ἀηδὲς καὶ ἀκούειν ἄηθες'.

28. *Plutarch. Cat. 1* 'Αὐτὸς ἔλεγε καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἔργοις δὲ προγόνων καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος'.

29. *Idem ib.* 'Λόγου δ' ἀπειλῇ καὶ τραχύτητι φωνῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἐχρῆτο, ὀρθῶς καὶ διανοούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι πολλάκις τὰ τοιαῦτα τοῦ ξίφους μᾶλλον καταπλήττεται τοὺς ἐναντίους'.

30. *Idem ib. 3* Σκηπίωνι τῷ μεγάλῳ . . . ταμίας πρὸς τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον συνεκπεμφθεὶς . . . . ἐπαρρησιάζετο πρὸς αὐτὸν οὐ τὸ τῆς δαπάνης μέγιστον εἶναι φάμενος, ἀλλ' ὅτι διαφθείρει τὴν πάτριον εὐτέλειαν, τῶν στρατιωτῶν ἐφ' ἡδονὰς καὶ τρυφὰς τῷ περιόντι τῆς χρείας τρεπομένων . . . ἀπῆλθεν ὁ Κάτων ἐκ Σικελίας καὶ μετὰ Φαβίου καταβοῶν

---

p. 759 C 'Ὁ μὲν γὰρ Ῥωμαῖος Κάτων ἔλεγε τὴν ψ. τ. ἐ. ἐνδιαιτᾶσθαι τῇ τοῦ ἐρωμένου'. 5 *Plut. apophth. 15 p. 199 A* 'Τῷ δὲ γήρᾳ πολλῶν παρόντων κακῶν ἠξίου μὴ προστιθέναι' *c. q. s. idem similiter legitur an seni r. p. ger. sit 1 p. 784 A de uit. aer. al. 4 p. 829 F Stob. flor. CXVI 46.* 8 *cf. quae de 'oratione in M. Coelium' dixi in prolegomenis.* 19 *Plut. apophth. 23 p. 199 B* 'Διδάσκων δὲ τοὺς νέους εὐθαρσῶς μάχεσθαι πολλάκις ἔλεγε τοῦ ξίφους τὸν λόγον μᾶλλον καὶ τὴν φωνὴν τῆς χειρὸς τρέπειν καὶ καταπλήττειν τοὺς πολεμίους'. *cf. Coriol. 8. haec libro de re militari inseri solent. sed u. quae in proleg. diputaui.* 23 *cf. Liuius XXIX 19.*

ἐν τῷ συνεδρίῳ φθοράν τε χρημάτων ἀμυθήτων ὑπὸ τοῦ Σκηπίωνος καὶ διατριβὰς αὐτοῦ μειρακιώδεις ἐν παλαίστραις καὶ θεάτροις ὥσπερ οὐ στρατηγοῦντος ἀλλὰ πανηγυρίζοντος, ἐξειργάσατο πεμφθῆναι δημάρχους ἐπ' αὐτὸν ἄξοντας εἰς Ῥώμην, ἄνπερ ἀληθεῖς αἱ κατηγορίαι φανῶσιν'.

31. *Idem ib. 10* 'Τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις πολλὰ παρὰ τὴν στρατείαν ὠφεληθεῖσιν ἔτι καὶ λίτραν ἀργυρίου κατ' ἄνδρα προσδιένειμεν εἰπών, ὡς κρεῖττον εἴη πολλοὺς Ῥωμαίων ἀργύριον ἢ χρυσίον ὀλίγους ἔχοντας ἐπανελθεῖν'.

32. *Idem ib.* 'Ὕπατος δὲ μετὰ Φλάκκου Οὐαλλερίου τοῦ φίλου καὶ συνήθους ἀποδειχθεὶς . . τῶν ἐγγὺς Κελτιβήρων ἐπεκαλεῖτο συμμαχίαν. αἰτούντων δ' ἐκείνων τῆς βοηθείας διακόσια τάλαντα μισθὸν . . . οὐδὲν ἔφη δεινὸν εἶναι· νικῶντας μὲν γὰρ ἀποδώσειν ἀπὸ τῶν πολεμίων, οὐ παρ' αὐτῶν, ἡττωμένων δὲ μήτε τοὺς ἀπαιτουμένους ἔσεσθαι μήτε τοὺς ἀπαιτοῦντας'.

33. *Idem ib. 11* 'Τὸν Σκηπίωνα κατειρωνευόμενος οὕτως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μεγίστην, τῶν μὲν ἐνδόξων καὶ μεγάλων τὰ τῆς ἀρετῆς πρωτεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τῶν δ' ὥσπερ αὐτός ἐστι δημοτικῶν ἁμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ προήκοντας'.

34. *Idem ib. 12* 'Ποστούμιον γοῦν Ἀλβῖνον ἱστορίαν

---

6 *Plut. apophth. 26 p. 199 D* 'Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἑκάστῳ λίτραν ἀργύρου διανείμας φησὶ βέλτιον εἶναι πολλοὺς ἔχοντας ἀργύριον ἢ ὀλίγους χρυσίον ἀπὸ τῆς στρατείας ἐπανελθεῖν. τῶν γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἄλλο δεῖν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἢ τὴν δόξαν αὐξάνεσθαι'. 10 *Plut. apophth. 24 p. 199 C* 'Ἐπεὶ δὲ πολεμῶν τοῖς περὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν οἰκοῦσιν εἰς κίνδυνον ὑπὸ πλήθους τῶν πολεμίων κατέστη, τῶν μὲν Κελτιβήρων ἐπὶ διακοσίοις ταλάντοις βουλομένων βοηθεῖν, τῶν δὲ Ῥωμαίων οὐκ ἐώντων ὁμολογεῖν μισθὸν ἀνθρώποις βαρβάροις, ἁμαρτάνειν ἔφησεν αὐτούς· νικῶντας μ. γ. α. οὐ παρ' αὐτῶν, αλλὰ παρὰ — ἀπῃτημένους μ. τ. α. ἔσεσθαι.' *Frontin. strat. IIII 7, 35* 'M. Cato pollicentibus barbaris duces itinerum et insuper praesidium, si magna summa eis promitteretur, non dubitauit polliceri, quia aut uictoribus ex spoliis hostilibus poterat dare, aut interfectis iis exsoluebatur promisso'. 22 *Id apophth. 29 p. 199 E* 'Ποστουμίου δὲ Ἀλβίνου (*Λαβιήνου libri*) γράψαντος ἱστορίας Ἑλληνιστὶ κ. σ. παρὰ τῶν ἀκροωμένων αἰτοῦντος, εἰρωνευόμενος ο Κάτων ἔφη — ἀναγκασθεὶς ἔγραψε'. *Polybius XL 6* 'Πρὸς ὃν (Ἀλβ.) οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κάτων· θαυμάζειν γὰρ ἔφη πρὸς

'Ἑλληνιστὶ γράψαντα καὶ συγγνώμην αἰτούμενον ἐπέσκωψεν εἰπών, δοτέον εἶναι τὴν συγγνώμην, εἰ τῶν Ἀμφικτυόνων ψηφισαμένων ἀναγκασθεὶς ὑπέμεινε τὸ ἔργον'.

35. *Idem ib. 15* 'Λέγεται δὲ καὶ νεανίσκῳ τινὶ τεθνηκότος πατρὸς ἐχθρὸν ἠτιμωκότι καὶ πορευομένῳ δι' ἀγορᾶς μετὰ τὴν δίκην ἀπαντήσας ὁ Κάτων δεξιώσασθαι καὶ εἰπεῖν, ὅτι ταῦτα χρὴ τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν, οὐκ ἄρνας οὐδ' ἐρίφους, ἀλλ' ἐχθρῶν δάκρυα καὶ καταδίκας'.

36. *Idem ib.* 'Λέγεται γὰρ ὀλίγον ἀπολιπούσας τῶν πεντήκοντα φυγεῖν δίκας. μίαν δὲ τὴν τελευταίαν ἓξ ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα γεγονώς, ἐν ᾗ καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι'.

37. *Idem ib. 16* '(Τιμητίαν μετιὼν) ὁ Κάτων οὐδεμίαν ἐνδιδοὺς ἐπιείκειαν, ἀλλ' ἄντικρυς ἀπειλῶν τε τοῖς πονηροῖς ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ κεκραγὼς μεγάλου καθαρμοῦ χρῄζειν τὴν πόλιν ἠξίου τοὺς πολλούς, εἰ σωφρονοῦσι, μὴ τὸν

τίνα λόγον ποιεῖται τοιαύτην παραίτησιν. εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συνέταττε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως ἔδει προσφέρεσθαι ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι, μηδεμιᾶς δὲ ἀνάγκης οὔσης ἐθελοντὴν ἀπογράψασθαι, κἄπειτα παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἁπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον. καὶ παραπλήσιον, ὡς ἂν εἴ τις εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραψάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι παραιτοῖτο τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνηται, μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν μήτε τὰς πληγάς'. *ex 'libro Corneli Nepotis de inlustribus uiris XIII' Catonis responsum repetit Gellius XI 8 (cf. Macrob. Sat. I praef. 15)* 'M. Cato, ne tu, inquit, Aule nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa uacare. nam petere ueniam solemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cum compulsi peccauimus. tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres quod, priusquam faceres, peteres ut ignosceretur?' 9 *similiter idem refert Plutarch. an seni sit r. p. ger. 2 p. 784 D. M. Scauro hoc dictum tribuit Valerius Maximus III 7, 8* 'Eadem M. Scauri fortuna . . qui cum pro rostris accusaretur causam suam ita egit: est enim iniquum, Quirites, cum inter alios uixerim, apud alios me rationem uitae reddere' *c. q. s. orationi contra C. Cassium Meyerus tribuit fragm. or. p. 111.* 13 *Idem apophth. 22 p. 199 B* 'Τιμητίαν δὲ μετιὼν καὶ τοὺς ἄλλους ὁρῶν δεομένους τῶν πολλῶν καὶ κολακεύοντας αὐτὸς ἐβόα τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ καὶ μεγάλου καθαρμοῦ· δεῖν οὖν μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν ἀπαραίτητον αἱρεῖσθαι.'

ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν σφοδρότατον αἱρεῖσθαι τῶν ἰατρῶν· τοῦτον δὲ αὐτὸν εἶναι καὶ τῶν πατρικίων ἕνα Φλάκκον Οὐαλλέριον· μετ' ἐκείνου γὰρ οἴεσθαι μόνου τὴν τρυφὴν καὶ τὴν μαλακίαν ὥσπερ ὕδραν τέμνων καὶ ἀποκαίων προὔργου τι ποιήσειν, τῶν δ' ἄλλων ὁρᾶν ἕκαστον ἄρξαι κακῶς βιαζόμενον, ὅτι τοὺς καλῶς ἄρξοντας δέδοικεν'.

38. *Idem ib. 17* '"Αλλον δὲ βουλῆς ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον οντα Μανίλλιον, ὅτι τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μεθ' ἡμέραν ὁρώσης τῆς θυγατρὸς κατεφίλησεν. αὑτῷ δ' ἔφη τὴν γυναῖκα μηδέποτε πλὴν βροντῆς μεγάλης γενομένης περιπλακῆναι· καὶ μετὰ παιδιᾶς εἰπεῖν αὐτὸν ὡς μακάριός ἐστι τοῦ Διὸς βροντῶντος'.

39. *Idem ib. 19* 'Καίτοι πρότερον αὐτὸς κατεγέλα τῶν ἀγαπώντων τὰ τοιαῦτα (*statuas et laudes*) καὶ λανθάνειν αὐτοὺς ἔλεγεν ἐπὶ χαλκέων καὶ ζωγράφων ἔργοις μέγα φρονοῦντας, αὑτοῦ δὲ καλλίστας εἰκόνας ἐν ταῖς ψυχαῖς περιφέρειν τοὺς πολίτας'.

40. *Ibid.* 'Πρὸς δὲ τοὺς θαυμάζοντας, ὅτι πολλῶν ἀδόξων ἀνδριάντας ἐχόντων ἐκεῖνος οὐκ ἔχει, μᾶλλον γάρ, ἔφη, βούλομαι ζητεῖσθαι, διὰ τί μου ἀνδριὰς οὐ κεῖται ἢ διὰ τί κεῖται. τὸ δ' ὅλον οὐδ' ἐπαινούμενον ἠξίου τὸν ἀγαθὸν πολίτην ὑπομένειν, εἰ μὴ τοῦτο χρησίμως γίγνοιτο τῷ κοινῷ'.

41. *Idem ib.* 'Καὶ πλεῖστα πάντων ἑαυτὸν ἐγκεκωμίακεν, ὅς γε καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντάς τι περὶ τὸν βίον; εἶτ' ἐλεγχομένους, λέγειν φησίν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν αὐτοῖς· οὐ γὰρ Κάτωνές εἰσι· καὶ τοὺς ἔνια μιμεῖσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων οὐκ ἐμμελῶς ἐπιχειροῦντας ἐπαριστέρους

7 *Μανίλιον Paris. C: Μ'. Manilium a. 605 cos. Meyerus intellegit or. R. fr. p. 59, P. Manlium Vulsonem praetorem a. 577 Pighius.* 18 *Plut. apophth. 10 p. 198 F* 'Πολλῶν δὲ ὁρῶν ἀνισταμένους ἀνδριάντας, ἐμοῦ δὲ ἔφη ἐρωτᾶν βούλομαι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους διὰ τί ἀ. ο. κ. Κάτωνος ἢ. δ. τ. κ.' *Ammian. Marc. XIIII 6* 'Quam autem sit pulchrum exigua haec spernentem et minima ad ascensus uerae gloriae tendere longos et arduos . . censorius Cato monstrauit, qui interrogatus, quamobrem inter multos nobiles statuam non haberet, malo inquit ambigere bonos, quamobrem id non meruerim, quam, quod est grauius, cur impetrauerim, mussitare'.

καλεῖσθαι Κάτωνας· ἀφορᾶν δὲ τὴν βουλὴν πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις καιροῖς, ὥσπερ ἐν πλῷ πρὸς κυβερνήτην, καὶ πολλάκις μὴ παρόντος ὑπερτίθεσθαι τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς'.

42. *Idem ib. 20* 'Τὸν δὲ τύπτοντα γαμετὴν ἢ παῖδα τοῖς ἁγιωτάτοις ἔλεγεν ἱεροῖς προσφέρειν τὰς χεῖρας. ἐν ἐπαίνῳ δὲ μείζονι τίθεσθαι τὸ γαμέτην ἀγαθὸν ἢ τὸ μέγαν εἶναι συγκλητικόν. ἐπεὶ καὶ Σωκράτους οὐδὲν ἄλλο θαυμάζειν τοῦ παλαιοῦ, πλὴν ὅτι γυναικὶ χαλεπῇ καὶ παισὶν ἀποπλήκτοις χρώμενος ἐπιεικῶς καὶ πρᾴως διετέλεσε'.

42ª *Idem ib. 21* ''Ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον τοῦ Κάτωνος ὅτι θαυμαστὸν ἄνδρα καὶ θεῖον εἰπεῖν ἐτόλμησε πρὸς δόξαν, ὃς ἀπολείπει, πλέον ἐν τοῖς λόγοις ὃ προσέθηκεν οὗ παρέλαβεν'.

43. *Idem ib. 22* '. . Ἐπεὶ δὲ προὔβαινεν ἡ δόξα τῶν φιλοσόφων ἐν τῇ πόλει καὶ τοὺς πρώτους λόγους αὐτῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀνὴρ ἐπιφανὴς σπουδάσας αὐτὸς καὶ δεηθεὶς ἡρμήνευσε Γάϊος Ἀκίλιος . . παρελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον ἐμέμψατο τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρόνον ἄπρακτος ἀνδρῶν, οἳ περὶ παντὸς, οὗ βούλοιντο, ῥαδίως πείθειν δύνανται. δεῖν οὖν τὴν ταχίστην γνῶναί τι καὶ ψηφίσασθαι περὶ τῆς πρεσβείας, ὅπως οὗτοι μὲν ἐπὶ τὰς σχολὰς τραπόμενοι διαλέγωνται παισὶν Ἑλλήνων, οἱ δὲ Ῥωμαίων νέοι τῶν νόμων καὶ τῶν ἀρχόντων ὡς πρότερον ἀκούωσι'.

44. *Idem ib. 24* 'Καταβαίνων, ὡς εἰώθει, μετὰ φίλων εἰς ἀγορὰν Σαλώνιόν τινα τῶν ὑπογεγραμματευκότων αὐτῷ . . ἠρώτησεν, εἰ τὸ θυγάτριον συνήρμοκε νυμφίῳ. τοῦ δ' ἀνθρώπου φήσαντος, ὡς οὐδὲ μέλλει μὴ πρότερον κοινωσάμενος, καὶ μὴν, ἐγώ σοι, φησίν, εὕρηκα κηδεστὴν ἐπιτήδειον, εἰ μὴ νὴ Δία τὰ τῆς ἡλικίας δυσχεραίνοιτο· τἆλλα γὰρ οὐ μεμπτός ἐστι, σφόδρα δὲ πρεσβύτης. ὡς οὖν Σα-

---

15 *Plinius nat. h. VII 30, 112* 'Cato censorius in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione audito Carneade quam primum legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo uiro argumentante, quid ueri esset, haud facile discerni posset'.

λώνιος ἐκέλευε ταῦτα φροντίζειν . . αὐτὸς ἔφη τὴν παρθένον αἰτεῖν ἑαυτῷ'.

45. *Ibidem* '(Πραττομένου δὲ τοῦ γάμου) ὁ υἱὸς τοῦ Κάτωνος ἠρώτησε τὸν πατέρα, μή τι μεμφόμενος ἢ λελυπημένος ὑπ' αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπάγεται. ὁ δὲ Κάτων ἀναβοήσας, εὐφήμησον, εἶπεν, ὦ παῖ, πάντα γάρ ἀγαστά μοι τὰ παρὰ σοῦ καὶ μεμπτὸν οὐδέν. ἐπιθυμῶ δὲ πλείονας ἐμαυτῷ τε παῖδας καὶ πολίτας τῇ πατρίδι τοιούτους ἀπολιπεῖν'.

46. *Idem ib. 27* 'Πρὸς τούτοις φασὶ τὸν Κάτωνα καὶ σῦκα τῶν Λιβυκῶν ἐπίτηδές ἐκβαλεῖν ἐν τῇ βουλῇ τὴν τήβεννον ἀναβαλόμενον εἶτα . . . εἰπεῖν, ὡς ἡ ταῦτα φέρουσα χώρα τριῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχει τῆς Ῥώμης'.

47. *Ibid.* 'Ἐκεῖνο δὲ ἤδη καὶ βιαιότερον, τὸ περὶ παντὸς οὗ δήποτε πράγματος γνώμην ἀποφαινόμενον προσεπιφωνεῖν οὕτως, δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι'.

48. *Ibid.* 'Ἀπαγγελλομένων δὲ τούτων εἰς Ῥώμην πυνθανόμενον τὸν Κάτωνά φασιν εἰπεῖν, οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν'.

49. *Plutarch. apophth. reg. et imp., Cat. 5 p. 198 E*

---

9 *Plinius nat. hist. XV 18, 74* 'Cato . . cum clamaret omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam praecocem ex ea prouincia ficum, ostendensque patribus interrogo uos, inquit, quando hanc pomum demptam putetis ex arbore? cum inter omnis recentem esse constaret, atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptam Carthagine. tam prope a muris habemus hostem. *Tertull. c. nationes II 16* 'Ficum uiridem Romae nemo nouerat, [Africanam c]um Cato senatui intulit, ut quo iam prouincia hostilis esset, cui sub[igendae] semper instabat, exprimeret'. 13 *Appian. Punic. 69* '*Κάτωνα δ' ἐξ ἐκείνου φασὶν ἐν τῇ βουλῇ συνεχῆ γνώμην λέγειν, Καρχηδόνα μὴ εἶναι*'. *cf. Diod. fr. XXXIIII p. 605 Wessel. Florus I 31 (II 15), 4* 'Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem et cum de alio consuleretur pronuntabat'. *Liuii perioch. XLVIIII.* ' . . Catone suadente bellum et ut tolleretur delereturque Carthago'. *Victor de uir. ill. 48, 8* '(Cato) Carthaginem delendam censuit'. *cf. Vellei. I 13.* 16 *Polybius XXXVI 6, 6* '*Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ Μάρκον Πόρκιον ἀκούσαντα τὰς ἀριστείας Σκιπίωνος εἰπεῖν, οἶος*' *c. q. s. cf. Diod. fr. XXXII 6 p. 91 Mai. Liuii perioch. XLVIII* 'Quam uirtutem eius (Scipionis) Cato uir promptioris ad uituperandum linguae sic prosecutus est, ut diceret reliquos, qui in Africa militarent, umbras uolitare, Scipionem uigere'. *u. uersum Odyss. κ 495.*

‘Παρορμῶν δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἔλεγε τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κατακελεύειν’.

50. *Idem ib. 8* ‘Κάκιστον δ’ ἔλεγεν ἄρχοντα εἶναι τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον’.

51. *Idem ib. 9* ‘Μάλιστα δ’ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι’.

52. *Idem ib. 11* ‘Φείδεσθαι δὲ τῆς ἐξουσίας παρεκάλει τοὺς δυναμένους, ὅπως ἀεὶ παραμένοι τὸ ἐξεῖναι’.

53. *Idem ib. 12* ‘Τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς τὴν τιμὴν ἀφαιροῦντας ἔλεγε τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖν τῆς νεότητος’.

54. *Idem ib. 13* ‘Τὸν δὲ ἄρχοντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μήτε ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι’.

55. *Idem ib. 14 p. 199 A* ‘Τὴν δὲ ἀδικίαν ἔλεγε τοῖς ἀδικοῦσι κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον ἀλλ’ ἅπασι φέρειν’.

56. *Idem ib. 16* ‘Τὸν δὲ ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν’.

57. *Idem ib. 17* ‘Ἥκιστα δὲ φθονεῖσθαι τοὺς τῇ τύχῃ χρωμένους ἐπιεικῶς καὶ μετρίως· οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἡμᾶς φθονοῦσι’.

58. *Idem ib. 18* ‘Τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἔσεσθαι καταγελαστούς’.

59. *Idem ib. 19* ‘Τὰς καλὰς πράξεις ἔλεγε δεῖν καταλαμβάνειν λόγοις καλοῖς, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀπορρέωσι’.

---

4 *cf. Stob. flor. XLVI 78.* 6 *Stob. flor. XXXI 11* ‘Μάλιστα δὲ νόμιζε’ *e. q. s.* ‘*Catonis*’ *sententia apud Quicherat. bibl. etc. II p. 124* ‘Cum alios tum te maxime uerere, sine aliis saepe, sine te nunquam esse potes’. *eadem in sent.* ‘*Catonis alterius*’ *Wölfflini (Philol. IX p. 682 sqq.) no. 14. cf. Seneca qui dicitur de mor. 59 Haasii.* 15 ἀλλ’ *om. Dübnerus, Wyttenbachius comment. p. 1122 coniecit* τ. δ. α. ἐ. κίνδυνον φέρειν, κἂν μὴ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλ’ ἅπασι τοῖς ἄλλοις. 17 *cf. Stob. flor. XX 68. Seneca de ira 1, 2* ‘Quidam ex sapientibus uiris iram dixerunt breuem insaniam’. *cf. Hor. epist. I 2, 62.* ‘*Catonis sententia*’ *1 apud Quicherat. l. s. s.* ‘Inter iratum et insanum nihil nisi dies instat, alter enim semper insanit alter dum irascitur’. (nil distat nisi dies *Wölfflinus Philol. l. l. p. 680, uersum esse ratus. cf. mus. rhen. l. c. p. 273.*) 19 *cf. Stob. flor. XXXVIII 55.* 22 *cf. Stob. flor. VI 56.* 24 λόγοις καλοῖς *coni. Wyttenbachius,*

60. *Idem praec. ger. rei p. c. 42 p. 825 D* ‘*Προσοχῇ γάρ, ὥς φησιν ὁ Κάτων, καὶ τὸ μέγα γίνεται μικρὸν καὶ τὸ μικρὸν εἰς τὸ μηθὲν ἄγεται*’.

61. *Idem fr. comm. in Hesiodi op. 344 apud Tzetzem* ‘*Θεμιστοκλέα φησὶ (Πλούταρχος) ἢ Κάτωνα πιπράσκοντα τὸν ἀγρὸν λέγειν, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα*’.

62. *Idem Pelopid. 1* ‘*Κάτων ὁ πρεσβύτερος πρός τινας ἐπαινοῦντας ἄνθρωπον ἀλογίστως παράβολον καὶ τολμηρὸν ἐν τοῖς πολεμικοῖς διαφέρειν ἔφη τὸ πολλοῦ τινα τὴν ἀρετὴν ἀξίαν καὶ τὸ μὴ πολλοῦ ἄξιον το ζῆν νομίζειν ὀρθῶς ἀποφαινόμενος*’.

63. *Cicero de off. II 25* ‘A sene Catone cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: bene pascere; quid secundum? satis bene pascere; quid tertium? bene arare. Et cum ille qui quaesierat dixisset, quid fenerari? tum Cato, quid hominem, inquit, occidere?’

64. *Idem de rep. II 1 (cf. 21, 37)* ‘Catonis hoc senis est . . is dicere solebat, ob hanc causam praestare nostrae ciuitatis statum ceteris ciuitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, qui suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis,

---

λόγους καλοὺς libri. 5 *ἢ Κάτωνα ex Trincau. Graeuius, Gaisfordius; ἢ Πλάτωνα Heins., Bas. quae uerba delenda esse Wyttenbachius censuit. Catonis uerba de r. r. 4 haec* uicinis bonus esto . . . si te libenter uicinitas uidebit facilius tua uendes *a Plutarcho respici suspicatus sum mus. rhen. n. XIIII p. 275, cf. 267. sed fortasse dixerat, quod Proclus in uersum s. s. persecutus est, ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν γειτνιάσεων πολλὰ μὲν ἀγαθὰ συμβαίνειν . . ὡς ἐπὶ Φλάκκου καὶ Κάτωνος: cf. Plut. Cat. 3.* 12 *Plinius nat. h. XVIII 5, 29* ‘Idemque Cato interrogatus quis esset certissimus quaestus, respondit, si bene pascas; quis proximus? si sat bene’. *Colum. r. r. VI praef. 4* ‘M. Cato . . consulenti, quam partem rei rusticae exercendo celeriter locupletari posset respondit, si b. p. rursusque interroganti, quid deinde faciendo satis uberes fructus percepturus esset, affirmauit, si mediocriter p. ceterum de tam sapiente uiro piget dicere quod eum quidam auctores memorant eidem quaerenti quoduem tertium in agricolatione quaestuosum esset, asseuerasse, siquis uel male p’. *Seruius ad Verg. Aen. VII 539* ‘Duo dixit Virgilius a Catone memorata, qui interrogatus, qui esset pater familias? respondit eum qui bene pascit et bene arat’. *cf. Vincent. Bellou. spec. hist. VI 107.*

ut Cretum Minos, Lacedaemoniorum Lycurgus, Atheniensium, quae persaepe commutata esset, tum Theseus tum Draco tum Solo tum Clisthenes tum multi alii, postremo exsanguem iam et iacentem doctus uir Phalereus sustentasset Demetrius, nostra autem res publica non unius esset ingenio, sed multorum, nec una hominis uita, sed aliquot constituta saeculis atque aetatibus'.

65. *Idem de diuin. II 24, 51* 'Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum uideret'.

66. *Idem de or. II 63, 256* 'Alterum genus est (ridiculi), quod habet paruam uerbi immutationem, quod in littera positum Graeci uocant **παρονομασίαν**, ut Nobiliorem mobiliorem Cato; aut ut idem, cum cuidam dixisset eamus deambulatum, et ille, quid opus fuit de? immo uero inquit, quid opus fuit te? aut eiusdem responsio illa:

67. Si tu et aduersus et auersus inpudicus es'.

68. *Idem ib. 69, 279* '. . Ridiculi genus patientis et lenti, ut cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret caue, rogauit numquid aliud ferret praeter arcam?'

69. *Idem de amic. 24, 90* 'Scitum est illud Catonis, ut multa, melius de quibusdam acerbos inimicos mereri quam eos amicos qui dulces uideantur; illos uerum saepe dicere, hos numquam'.

70. *Idem ib. 21, 76* 'Erumpunt saepe uitia amicorum cum in ipsos amicos tum in alienos; quorum tamen ad amicos redundet infamia. tales igitur amicitiae sunt remissione usus diluendae et, ut Catonem dicere audiui, dissuendae magis quam discindendae'.

71. **Idem de senect. 18, 62.* 'Ex quo id efficitur, quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi, miseram esse senectutem quae se oratione defenderet'.

---

7 *Cicero de nat. deorum I 26, 71* 'Mirabile uidetur, quod non rideat haruspex, quum haruspicem uiderit'. 10 *cf. or. contra M. Fuluium Nobiliorem. eadem paronomasia in Rutilii Lupi exemplo de fig. I 3 p. 11 Ruhnk. usurpata est* 'non enim decet hominem genere nobilem mobilem uideri.' 24 *Idem de offic. I 33, 120* 'Vt amicitias, quae minus delectent et minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente praecidere'.

72. *Cicero act. sec. in Verr. II 2, 5* 'Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam rei publicae nostrae nutricem plebis Romanae Siciliam nominauit'.

73. *Idem pro Flacco 29, 71* 'Catonis est dictum pedibus conpensari pecuniam'.

74. *Liuius XXXIIII 9* '(Cato) redemptoribus uetitis frumentum parare ac Romam dimissis, bellum, inquit, se ipsum alet'.

75. *Horat. serm. I 2, 31* 'Quidam notus homo cum exiret fornice, macte
uirtute esto, inquit sententia dia Catonis,
nam simul ac uenas inflauit taetra libido,
huc iuuenes aequum est descendere, non alienas
permolere uxores'.

76. *Seneca epist. 122* 'Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui, ut M. Cato ait, nec orientem umquam solem uiderunt nec occidentem'.

77. *Plinius nat. hist. XIX 6, 24* 'Marcellus . . uelis forum inumbrauit . . quantum mutatis moribus Catonis censorii, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat'.

78. *Ammianus Marc. XVI 5* 'Tusculanus Cato, . . cui censorii cognomentum castior uitae indidit cultus, magna, inquit, cura cibi, magna uirtutis incuria'.

79. *Ammianus Marc. XV 12* '(Ebrietas), quam furoris uoluntariam speciem esse Catoniana sententia definiuit'.

80. *Hieronymus epist. 66, 9 p. 398 A Vall.* 'Scitum est illud quoque Catonis, sat cito, si sat bene, quod nos quondam

---

4 *Iulius Rufinian. de fig. sent. 23 p. 213 Ruhnk.* (Paradigma) . . . 'sermonem sine persona: Catonis — compensare pecuniam'. 9 *Schol. Cruq. adnotauit* 'Cato ille censorius, cum uidisset hominem honestum ex fornice exeuntem, laudauit, existimans libidinem conpescendam esse sine crimine. at postea cum frequentius eum ex eodem lupanari exeuntem aduertisset, adolescens, inquit, ego te laudaui quod interdum huc uenires non quod hic habitares'. *H. Glareanus hoc dictum Vticensi tribuit.* 14 *Cic. de fin. II 8, 23* 'Nolo enim mihi fingere asotos . . qui solem, ut aiunt, nec occidentem umquam uiderint nec orientem'. *Columella rer. rust. I praef. 16* 'Nosmetipsos ducimus fortunatos quod nec orientem solem uidemus nec occidentem'. 27 *Sueton. August. 25*

adulescentuli, cum a perfecto oratore in praefatiuncula diceretur, risimus'.

81. *Augustin. de doctr. christ. II 20* 'Vnde illud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam, qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit, non esse illud monstrum, sed uere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur'.

82. *Augustin. serm. 194, 6 nouae patrum bibl. a Maio ed. uol. 1 p. 454* 'Denique fratres mei attendite, quod dixit magnus ille Cato de feminis, si absque femina esset mundus, conuersatio nostra absque diis non esset'.

83. *Macrob. Sat. II 2, 4* 'Sacrificium apud ueteres fuit, quod uocabatur propter uiam. in eo mos erat, ut siquid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. hinc Catonis iocus est. namque †Albidium quendam, qui bona sua comedisset et nouissime domum quae ei reliqua erat incendio perdidisset, propter uiam fecisse dicebat; quod comesse non potuerit, id combussisse'.

'Crebro itaque ille (Augustus) iactabat . . . sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene'. 15 nam Q. Albidium *Paris. 6371 s. XI*, namque Alb. *ceteri:* Allidium *uel* Alfidium *coni. Aemilius Hübner, 'Albidii' nominis nullum se exemplum nouisse testatus.*

INDEX VOCABVLORVM.

CATONIS VOCABVLA.

Inclinatis litteris scripsi, quae non ipsius Catonis sed scriptorum sententiam eius referentium uerba sunt. cuius generis ea potissimum recepi quae indicarent, ubi in hoc libro testimonia eorum extent. stellulam (*) iis adscripsi quae coniectura restituta sunt, crucem (†) male sanis, signum interrogationis (?) iis quae utrum Catonis essent nec ne dubitabam. ex dictis memorabilibus pauca selegi.

8*